BWDF
Dou y de Bassóls

FINESTRESIVS VINDICATVS

A

DON RAYMVNDO LAZARO DE DOV,

ET DE BASSÓLS,

Juris Civilis Doctore, Canonici Licentiato, eiusdemque Pro Regio Professore in Cervariensi Academia

ADVERSVS

CLARISSIMVM VIRVM

HENRICVM FLOREZIVM,

SS. Theologiae Magistrum, Hispanum Ex-Assistentem Augustinianae Familiae, cet.

S. Ambrosius *lib.* 1. *de Officiis cap.* 36.

Qui non repellit a socio iniuriam, si potest, tam est in vitio, quam ille qui facit.

Q. Horatius Flaccus *lib. I. Satyr.* 4.

amicum
Qui non defendit, alio culpante,

hic niger est: hunc tu Romane caveto.

PRAESIDVM FACVLTATE.

Barcinone: Typis FRANCISCI SVRIÁ, et BVRGADA, ANNO MDCCLXXII.

LICENCIA DEL CONSEJO.

DON JUAN DE PEÑUELAS, del Consejo de S. M., su Secretario i Escribano de Camara i Gobierno por lo tocante a los Reinos de la Corona de Aragon,

CErtifico que por los Señores de él se ha concedido licencia al Doctor Don Raimundo Lazaro de Dou i Bassóls del Gremio i Claustro de la Universidad de Cervera, para que pueda imprimir la Obra intitúlada, *Finestresius Vindicatus*, con tal de que lo haga por el Original, que está firmado i rubricado por mi mano, i con arreglo a lo prevenido en las Reales Pragmaticas i Ordenes de S. M., siendo en papel fino, i buena estampa, i con la precisa calidad de que no se pase à su venta, sin que primero se reconozca el papel de toda la impresion por el Señor Juez de Imprentas, ò Persona que de su orden lo egecute, i de que se traiga al Consejo i Escribania de Camara i de Gobierno de mi cargo el Original con un egemplar impreso. I para que conste doi esta Certificacion en Madrid à diez i ocho de Enero de mil setecientos setenta i uno.

Don Juan de Peñuelas.

Barcinone die 27. Maii 1771.
Imprimatur.
De Rico Vic. Gen. et Offic.

ERRA-

ERRATA IN HOC VOLVMINE CORRIGENDA.

PAg. 28. lin. 31. *V.* leg. V. Pag. 32. lin. 8. nesio leg. nescio. Pag. 34. lin. 32. Crevio leg. Grevio. Pag. 40. lin. 31. Nothum leg. Notum. Pag. 46. lin. 12. CLONIO. pag. 48. lin. 5. P. R. leg. CLONIO et P. R sine interpunctione. Pag. 83. lin. 12. et 20. HOnorem leg. Honorem. Pag. 88. lin. 30. qui leg. qui. Pag. 89. linea quinta inscriptionis debet ex eodem loco incipere quo sexta. Pag. 126. lin. 15. R. leg. R̄. Pag. 186. lin. 11. nulli se umquam leg. nulli umquam. Pag. 199. lin. 22. quum puncta leg. quum ipse conqueratur quod puncta. In fine pag. 32. praetermissa a nobis fuit haec adnotatiuncula:

Post absolutam hanc elucubrationem animadverti, Florezium tria ex his mendis correxisse in fine Prologi, illud videlicet NONO. *pag.* 112. illud CCCCV. *pag.* 215. et illud MANVS *pag.* 289. De uno aut altero dicet Florezius, emendatiorem a se positam inscriptionem, quam a Grutero: ego tamen de Historico dicam, quod iste de Primario Emerito pronunciavit *Cap. XXII. num.* 15. *Finestres citando a Grutero, i no dando la copia como está allí, puso* cet. et tamen emendatiorem ex alio loco eiusdem Gruteri inscriptionem dabat Finestresius: sed duo aut ad summum tria erunt menda, in quibus possit Historicus hoc uti defensionis genere.

Ne quis vero nodum in scirpo quaerat, quod latum unguem in una aut altera inscriptione discesserimus ab spatio, quod inter unum et alterum verbum relinquendum erat; nolumus praeterire, in inscriptione quae est in *pag.* 58. huius opusculi, et in altera quae est in *pag.* 85. omnes lineas debere esse aequales, excepta secunda; pares etiam debere esse inter se versus inscriptionis quae est in *pag.* 76. exceptis secundo, septimo, et ultimo; eamdemque aequabilitatem servari oportere in inscriptione ~~pag. 52. modo~~ nona, et ultima linea contractiores maneant, uti iam sunt. Sed haec apinae et tricae.

Lectorem volumus etiam admonitum, vindicationem a *Cap. XI. num.* 16. et a *Cap. XXII. num.* 35. in fine huius operis muniri novis probationibus, quarum copia suppeditata nobis fuit, quum iam praelo datum esset hoc opusculum; et forte sententiam, de qua ibi *pag.* 219. latam, descriptam et propositam fuisse ann. 192., lectam vero ann. 193. quamquam et id difficile, de quo non est hic dicendi locus. Quod ad eumdem locum attinet, fatemur ex verbo RECITAVIT Florezium posse colligere, Rufum legisse Decretum. Itaque correctam velimus solam lineam 23. *pag.* 170., quam non amplius urgemus.

AVCTO-

AVCTORIS PRAEFATIO
ad Lectorem.

NE quis forte putet, quod Romanis olim adolescentibus in usu et more positum erat, ut accusando illustres viros nomini suo famam et celebritatem quaererent, id mihi in refellendo sapientissimo huius aetatis viro Henrico Florezio propositum fuisse; non possum non antequam pro Iosepho Finestresio disserere instituam, pro me ipso in hac Praefatione pauca dicere, ut Lectores omnes intelligant, me non studio accusare, sed officio defendere; non alienas inimicitias ultro appetivisse, sed coluisse potius veterem et perantiquam necessitudinem omnibus amicitiae iuribus, multisque aliis nominibus arctissime copulatam.

Nam quum magna iam inter patrem meum, fratremque item germanum cum Iosepho Finestresio intercessisset amicitia, totaque Finestresiorum domus cum nostra iam a multis annis fuisset perpetua consuetudine devincta; statim atque a pueris excesseram, ad domum Finestresii deductus fui, ut a praeclarissimi viri latere numquam disce-

* dens,

deus, legitima conficerem Vtriusque Iuris stipendia. Ex eo tempore nullum video genus esse officii, quod in me non contulerit Finestresius. Quae devorandae sunt molestiae in tirone alicuius artis erudiendo, eas omnes in me instituendo libentissime suscepit praeclarissimus vir. Ille utiliores selectissimae bibliothecae suae libros in manus meas posuit: ille mihi prima elementa et spinosiora Iuris praecepta tradidit. Contendenti autem ad bonarum artium studia, quantum mihi adiumento fuerit haec domestica Doctoris optimi institutio, vix queo dicere. Atque iste me locus admonet, ut quas ego saepe toto hoc tempore admiratus fuerim egregias summi viri dotes, tacitus ne praeteream, quo magis constet ratio officii mei, quod profectum ab incredibili benevolentia, qua me ille scilicet prosequutus est, incensum et inflammatum fuit vehementer amore quodam sapientiae, quae oculis cernitur in vultu factisque Finestresii. Quem enim non rapiat in admirationem et amorem huius praeclarissimi viri incredibilis illa in omni litterarum genere eruditio, nobilissimum et ardens studium erudiendi iuventutem, quod eumdem posthabita dulcissima patria, contemptisque multis ho-

nori-

noribus Cervariae semper tenuit? indefessus labor, inexhausta aviditas legendi, summa morum facilitas, antiqua probitas, vultus ille in secundis rebus et adversis semper idem? Quid dicam de tenacissima memoria, florentissimo ingenio, subactissimoque ipsius iudicio? quae sane omnia iucundissime latissimeque prosequerer, nisi (quod ad propositum huius Praefationis maxime pertinet) oratio mea properaret ad singularem indulgentiam, qua me Finestresius semper complexus est; ut nemo sit, qui non videat, me ad hanc caussam defendendam necessario iustissimoque titulo descendisse.

Itaque quum nullam mihi favendi occasionem praetermisisset umquam Finestresius, non multo abhinc tempore voluit, me cogitationes suas de quibusdam inscriptionibus Romanis, quae post vulgatam Syllogen ad ipsum pervenerant, meo nomine in publicum (a) emittere; quo factum est, ut in societatem alienarum omnino laudum vocatus fuerim, et in eamdem navim cum Finestresio conscenderim. Quid igitur ego non debeam huic praeclarissimo viro, qui quum

(a) Edens ann. 1769. has inscriptiones, quae sunt numero 27, non tam mea, quam Finestresiana protuli, ut Lectorem admonui.

videret, me meis non posse, suis laudibus quodammodo florere voluit? Hunc ego non amem? non colam? non omni ratione defendendum putem? Non commovear, quum nullis non admotis machinis oppugnari videam murum illum (*b*) aheneum, quo me satis munitum atque defensum a telis omnibus existimaveram? Accedat eodem oportet Academiae non contemnenda, patriaeque maxime facienda coniunctio, ut nihil videatur aequius, quam Iosephum Finestresium civem Barcinonensem et Cervariensem Academicum a Barcinonensi cive et Cervariensi Academico defendi. Nam si non mediocre ad consociandas voluntates affert vinculum Academia; si civis boni summa ratio est, ut ait Cicero, commoda civium defendere; quis mihi poterit succensere, si civis civem, collega collegam, quantum in me sit, tueri velim?

Atque his quidem omnibus intelliges, Lector Benevole, me non potuisse notam inofficiosi hominis effugere, si nactus caussam

tam

(*b*) In editione laudatarum inscriptionum Lectorem ita alloquebar: *Nunc autem quem ego verear scopulum offendere, quum mihi prora et puppis sit Finestresius? quos ego reformidem Aristarchos, quum istius clarissimi viri nomen tamquam murum quemdam aheneum ad omnes impetus opponam.*

tam idoneam, tam illustrem testificandi amoris mei erga Iosephum Finestresium, id facere praetermisissem: nunc paucis te volo, ut videas, me negligentem huius caussae susceptionem non modo futurum fuisse inurbanum et inofficiosum, verum etiam ingratum et omnino impium. Edito volumine vicesimo quarto Hispaniae Sacrae lacessitus aculeis Florezii, impulsus fuit ad scribendum Cervariensis Academicus; sed destitutus Grutero et Muratorio, quorum nullum exemplum Cervariae reperitur, non modo non respondere adversario suo, sed nec verbum in hac caussa facere poterat. Propterea humanissimis ad me, qui tunc Barcinone degebam, datis litteris, mihi onus defendendae caussae imposuit. Quid est cur amplius dicam? Quae mihi excusatio? quae restat subterfugiendi via? Magnum opus et arduum, audax omnino negotium a Finestresio impositum certe video. Sed ego me existimarem inofficiosum, si collegae Academico; improbum, si civi; nefarium, si amico; crudelem et impium, si Educatori, et Doctori meo defuissem? Quare malim onere officii opprimi, quam id quod mihi impositum est, deponere; et suscipiente me hanc caussam, desiderari

rari

rari prudentiam meam, quam si id non fecissem, benevolentiam; mihique usurpabo verba, quibus olim (c) Tullius Brutum alloquebatur: *Sed testificor*, Finestresi, *me a te rogatum haec scribere esse ausum. Volo enim mihi tecum commune esse crimen, ut si sustinere tantam quaestionem non potuero, iniusti oneris impositi tua culpa sit, mea recepti: in quo tamen iudicii nostri errorem laus tibi dati muneris compensabit.*

Nunc vero quoniam ratio defensionis meae probata iam omnino est, et satis videor ostendisse, me non tam Florezium oppugnare, quam repugnare ipsi necessitate officii mei coactum; reliquum est, ut in fine Praefationis aliquibus occurram, quibus ego, nisi ita facerem, viderer fortasse amariori, quam oportebat stilo contra Florezium scripsisse. Non enim dubito, quin aliqui moleste laturi sint, quod tamquam actione rerum amotarum conveniatur saepe Florezius; et quod idem praeclarissimus vir in levibus aliquando minutisque rebus incuriae a me negligentiaeque arguatur. Qui quidem homines ita sentientes de opinione sua mihi videntur esse dimovendi, si diligenter et attente considerent, aut hanc caussam omnino relinquendam,

(c) In libro, quem ORATOR inscripsit cap. X.

dam, aut hoc defensionis genus instituendum fuisse. Primum enim multa inculcantur a Florezio in volumine vicesimo quarto, quibus numquam melius satisfacies, quam si caussam disputationemque ludas. Deinde quum nihil non egerit Scriptor Hispaniae Sacrae, nullum non moverit Tarraconensem lapidem adversus Iosephum Finestresium, tum in hoc etiam scias oportet, Benevole Lector, Doctorem hunc praeclarissimum lacessivisse, quod in levissima re coniecturam Muratorii nulla facta huius (*d*) auctoris mentione in proprios usus converterit. Iam vero de huiusmodi Scriptore (quem seria meditatione conficiendae Hispaniae Sacrae occupatum iure admireris, tam esse anxium, tam sollicitum, tam cernere acutum in rebus Finestresii) quo pacto sileri poterat, ab eodem idem illud in sexcentis locis factitatum fuisse, dum multa non ex Muratorio mutuatus est, sed ex eodem Finestresio; in quem acerbissime invehitur; non in minutissimis modo rebus, sed in iis etiam in quibus praecipua laus Antiquariorum versatur. Cur ergo Finestresium non debuissem auctoritate et exemplo ipsius Florezii defendere?

Prae-

(*d*) *Capite scilicet XXV. num. 90.*

Praeterea quum videam eumdem sapientem virum in medio cursu Historiae suae tamquam aurificis statera res examinantem, *Finestres* (e) *no puso punto entre la segunda i tercera letra*: *Finestres la imprimió* (f) *sin indicio de quiebras*: *Finestres no dió a entender* (g) *defecto en la piedra*, et alias huiusmodi canoras nugas tertio quoque verbo in volumine vicesimo quarto decantatas; debebam animadvertere, (nisi voluissem prodere caussam, et maxime iniurius esse Praeceptori meo) in tam lubrica materia, etiam si tibi centena sint, uti Argo, lumina, vix adhiberi posse diligentiam, quam Scriptor Hispaniae Sacrae in Cervariensi Academico requirit; huiusque rei evidens argumentum esse, quod lynceus et omnituens Florezius debilitatem tamen oculorum suorum in hac parte fuerit saepissime (*h*) expertus. Harum quidem re-

rum

(*e*) *Cap. XVIIII. num.* 29.

(*f*) *Cap. XXIIII. num.* 16.

(*g*) *Cap. XXV. num.* 84. Vide Adnotationem ad *pag.* 30. et 31. huius opusculi, ex quo loco cognosces, quam saepe in his levissimis minutissimisque rebus haeserit Florezius, ut impugnaret Finestresium.

(*h*) Vide *pag.* 31. 32. et 33. huius opusculi, ubi multa congeruntur errata Florezii, ex quibus constat, hunc non modo in lacunis et interpunctionibus indicandis parum sollicitum et accuratum fuisse; verum etiam ab eodem multas saepe dictiones, nec semel versus integros fuisse praetermissos.

rum nulla a me umquam facta mentio fuisset, nisi me necessitas caussae in hunc locum detrusisset, ut aut Finestresius deserendus, aut hoc modo impugnandus esset Florezius. Quod si in his, aut in aliis fortasse videar (quod nullo pacto vellem) acrius, quam caussa postulat insurgere, lacessito ignoscant, et concedant aliquid Lectores dolori iusto. Cui enim non stomachum et bilem moveat amara illa de Finestresio oratio, *Haciendo asunto de recoger las Inscripciones conservadas en Cataluña, no examinó los libros principales del asunto...... Ni* (i) *leió a Puiades, a quien cita: Se le opone el Cuerpo de Inscripciones, que Finestres dió a entender* (k) *no manejó: Estaba ia mui viejo....... i debilitada la vista i la memoria* (l) *equivocó a Grutero con Muratori*, alibique facta importuna commemoratio senectutis Finestresii, qui senescenti memoria et deficientibus sensibus effingitur a Florezio; quum tamen ab eo tempore, de quo loquitur Scriptor Hispaniae Sacrae ad hanc us-

(*i*) *Cap. XXIII. num.* 5.
(*k*) *Cap. XVIIII. num.* 42.
(*l*) *Cap. XXIIII. num.* 28. Amaras historias his omnino similes saepe audit Finestresius a Florezio. In *pag.* 1. huius operis indicantur omnes loci, in quibus impugnatur et carpitur Finestresius.

que diem octo anni intercesserint, in quibus omnes, qui propius, quam Florezius intuentur Finestresium, admirati in eo semper fuerint robur quoddam animi incredibile, de quo multa ego verba facerem libentissime, nisi omnia, quae ad hunc locum pertinent, iam essent in (*m*) alio occupata. Quapropter nihil est, quod te amplius moneam, Lector Benevole, nisi ut legas proximam, quae post hanc Praefationem sequitur, Iosephi Finestresii epistolam ad me datam proxime superiori anno, quum horrerem lucem publicam, auctoritatemque Henrici Florezii vehementer formidarem. Quam si attente cum hac Praefatione coniunxeris (nisi ego vehementer fallor) probe cognosces, me, nisi ferreus fuissem, Educatoris et Praeceptoris mei periculis commoveri debuisse; et tam multis rationibus et caussis ad eum defendendum fuisse compulsum, ut non possit non esse laudanda pietas, si non est canenda victoria.

(m) Scilicet in pag. 185. huius opusculi et seqq.

CAR-

CARTA DEL Dr. DON JOSEF FINESTRES i de Monsalvo, Cathedratico de Prima de Leies en la Real Universidad de Cervera, a Don Ramon Lazaro de Dou, exhortandole a que publicase esta Apología, que por encargo suio habia trabajado.

AMigo de mi maior estimacion. Estoi pasmado que despues de haber entrado con tanto calor a la defensa del Libro de mis Inscripciones, ahora, que se trata de dar a luz tu trabajo, te turbes con tantas timideces i escrupulos. Que se ha hecho aquel brio i ardor, con que me escribias siempre sobre este asunto? Como es posible, que se te hiele abora la sangre en las venas? Dices que te arredra la autoridad del Rmo. P. M. Florez, i la critica de algunos, a quienes parecerá tu Obra, sin serlo, demasiado picante u ofensiva. La autoridad de su Rma. me embarazaría poco en este asunto, porque ningun hombre docto debe llevar a mal el que le impugnen sus escritos, mientras sea con razones fundadas, con moderacion, i sin animo ma-

levolo. Nadie puede tener la vana presuncion de querer sugetar o avasallar a todos a su dictamen; especialmente en asuntos, en que hai tanta libertad de opinar, como en este de Antigüedades, que por la maior parte se contiene siempre en probabilidades, i congeturas ingeniosas. Si el Rmo. P. M. Florez se hubiese contentado de advertir al Publico algunos descuidos de mi Obra, que no pudo salir tan correcta, como io deseaba, por no haber jamas podido conseguir las grandes Obras de Grutero, Muratori, i otros Colectores de Inscripciones Romanas; io mismo le hubiera dado las gracias, i hubiera tenido particular complacencia de ver corregidos mis descuidos por un sugeto sabio i erudito: i tu mismo sabes, que io estaba en este animo, quando tuve el primer aviso, en que por maior me contabas lo contenido en el Tomo XXIIII. Parte 2. de la España Sagrada. Pero quando salga a luz tu Apología, nadie podrá negar, que se excedió su Rma., i que pasó mucho mas allá de lo que era razon. Io ciertamente quando leí el Libro, que en tantas i tan afectadas menudencias parece tira a deslucir, i hacer despreciable mi Obrilla, me figuré descubrir un genio, qual debia ser el de aquel Ulpiano, uno de los Dipnosofistas de Atheneo, a quien dieron el apodo de Recogedor de espinas.

Final-

Finalmente diciendo tu, a los Lectores, que io te encargué la defensa, que fuese justa, no pudiendo por mi mismo satisfacer a varias obgeciones, con que sin razon me impugna el P. M. Florez, no por la edad, aunque pasa de ochenta i dos años, sino por faltarme el Grutero, Muratori, i otros, sin los quales no podia hablar palabra sobre los errores, equivocaciones, i descuidos, con que me carga su R.ma; quien podrá sindicarte, maiormente sabiendo la correspondencia antigua, i estrecha amistad, con que siempre he vivido contigo, i con todos los tuios. Te escusará lo que con razon alegaban los Corinthios segun Thucidides, suorum cuique sociorum iniurias persequi licere; *i tendrás asi mismo presente la sentencia de Plauto* in Trinummo: Bene amicis si feceris, non pudeat fecisse; ut potius pudeat, si non feceris.

Por lo que toca a lo demás, confieso que tu Apologia a primera vista mas parecerá a algunos invectiva, que defensa: pero qualquiera que la examine con diligencia i sin pasion, conocerá claramente, que no pasa mas allá de lo que es licito a un Apologista. En estos i semejantes escritos se ha de tener particular cuidado, en que no se escapen con el calor de la composicion palabras pesadas, injuriosas, i descompuestas. No tengo presente que

haia

haia hallado ninguna de estas en tu Libro, que ofenda el decoro del impugnado: pero tu puedes reconocerlo, i corregir si en esta parte te hubiese escapado algun descuido. Acusar al R.mo P. M. de que freqüentemente se valió de la interpretacion i explicacion, que io dí a mis Inscripciones, sin hacer mencion de mi, podria parecer menos decente en otra causà; pero en el que se encarga de mi defensa, no solo no parece mal, sino que es necesario; i sería hacer traicion a mi causa el omitirlo, habiendome su R.ma sindicado de este delito por una bagatela sumamente despreciable. Tampoco se podia omitir en esta Obra la Nota de los Errores que adviertes en las Inscripciones, que se hallan en el referido Tomo XXIIII. Parte 2, para dar una prueba evidente de que podia io ser digno de alguna indulgencia, o que no debia ser tratado con tanta severidad i agrura por lo menos de su R.ma; el qual si ha tenido algun trabajo en corregir los descuidos, que dice padecí en la copia de mis Inscripciones, podia perdonarme por el que le he ahorrado en la explicacion i comentarios de muchas piedras antiguas. Por lo demás no veo en tu estilo nada satirico. Las Apologías ia admiten un tono alto, energico, i ardiente, retorsiones ingeniosas, i rasgos industriosamente

te

te tirados. Antes para saborear el gusto de los Lectores es menester de quando en quando echar algun granito de sal, porque de otra manera son sumamente desabridos, i fastidian luego semejantes escritos. A mas de esto tienes la ventaja de ser provocado, i sobre esta la de hallarte en la flor de la edad, en la qual no deja de parecer bien el estilo que infunde el ardor de la juventud; i asi mismo el no ser tu Apología en lengua vulgar, sino en el idioma Latino, en que se disimula mas la libertad de hablar. Por ultimo solamente te diré, que si en Madrid aquellos sabios i prudentes, a quienes se cometerá la censura de tu Obra, la aprobaren, como confio; i el Real i Supremo Consejo te concediere la licencia para la impresion; tu quedarás airoso, i a cubierto de la emulacion con el escudo de tan calificados testimonios. Acuerdate del temor, que tuviste en la publicacion de las Inscripciones Romanas despues de impresa mi Sylloge Inscriptionum *ilustradas con tus notas: nuevo titulo con que debes mirarte particularmente empeñado a la defensa de una Obra, en la qual ia has tenido parte. La misma repugnancia que ahora tienes en salir al publico, tuve que vencer, quando a instancias mias publicaste una Obrilla para refutar las impiedades de Vigilancio, i borrar la comun opinion de haber*

sido

sido paisano nuestro aquel impio i famoso Heresiarcha. Pero hasta ahora no creo, que haias tenido motivo para arrepentirte de haber seguido en esta parte mis consejos. Concluio pues diciendo, Pelle timorem, rumpe moras, aude meo periculo; meque quod facis, amare perge, et si quid opus, iube. *Cervera* 10. *Junio de* 1770.

Tu fiel Amigo, i mas afecto i seguro Servidor,
Dr. Don Josef Finestres.

Don Ramon Lazaro de Dou.

FINE-

FINESTRESIVS VINDICATVS a volumine XXIIII. Hisp. Sacr.

NOVVM crimen, Humanissime Lector, & ante hunc diem inauditum ad Antiquitatis amatores detulit praeclarissimus, nec sine laude memorandus vir Henricus Florezius, cuius opera et studio diligenter investigatum est, Iosephum Finestresium aliquando tribuisse Muratorio, quod Gruteri est; in Classe quinta Militarium inscriptionum collocavisse litteratos lapides, qui in alium locum coniiciendi erant; ab eodemque (*a*)

A ne-

(*a*) In volumine vicesimo quarto Hispaniae Sacrae, quod inscribitur, *España Sagrada, Antigüedades Tarraconenses, Preliminar a las Memorias Eclesiasticas de la Santa Iglesia de Tarragona. Por el M. R. P. Maestro Fr. Henrique Florez, Ex-Asistente General de las Provincias de España, Orden de San Agustin*, infiniti sunt loci, in quibus impugnatur, et carpitur Finestresius: scilicet in *cap. X. num.* 27. *cap. XI. n.* 12. *pag.* 110. *n.* 17. *pag.* 112. *n.* 23. *cap. XII. n.* 16. *cap. XVI. n.* 7. 8. 14. 15. 18. 21. *cap. XVII. n.* 37. 38. 43. 44. 50. 52. 55. *cap. XVIIII. num.* 29. 32. 33. 38. 54. *cap. XX. num.* 47. 50. 62. *cap. XXII. num.* 6. 7. 11. 12. 15. 16. 23. 33. *cap. XXIII. num.* 8. 9. 16. *cap. XXIIII. num.* 4. 9. 10. 12. 13. 16. 28. 31. 32. 37. 39. *cap. XXV. num.* 10. 17. 18. 22. 27. 31. 42. 56. 62. 75. 84. 89. 90. 94. 97. et acerbius, quam par erat, in *cap. XI. n.* 10. *cap. XVI. n.* 2. *cap. XVII. n.* 18. *et.* 33. *cap. XVIIII. n.* 42. *cap. XXII. num.* 35. *cap. XXIII. n.* 5. *cap. XXIIII. n.* 28. Sed diligenter examinatis omnibus istis locis, quorum nec unus in

hac

nescio (*b*) quam opinationem Muratorii in minutissima re tamquam propriam usurpatam: in quo gloriari poterit Henricus, quod habeat rem accusatori maxime optandam, confitentem reum; sed vicissim intelliget, se prius, quam alterius culpam reprehenderet, de suo delicto confiteri debuisse. Nam si crimen est, in re, quae propter exilitatem suam praecipuam laudem non meretur, occultato Auctoris nomine probabilem Muratorii coniecturam in proprium succum sanguinemque convertere; quanto gravius erit, non dicam occultato, sed saepissime vellicato, multis etiam in locis acerbissime tractato nomine Finestresii, eiusdem Auctoris scrinia compilavisse Florezium? Si reus est in iudicium vocandus Finestresius, quod currente rota latum unguem aliquando, quamquam raro admodum, ab incoepto ordine et proposito declinaverit; quis id ipsum ferat in eo, qui nullis inimicitiis, nullaque laesus iniuria haec peccata in aliis tam severissime reprehendit? Nec enim dissimulandum est, Henricum Florezium, qui saepissime obiurgat Cervariensem (*c*) Academicum, quod unam inscriptionem, quod litterulam, quod interpun-

hac defensione praetermittetur, liquido pervidebit Lector, (quem arbitrum ex aequo et bono constituimus) nihil aliud praeter haec levissima, quae in hoc loco indicantur, reprehendi posse; si aequum est, ubi plura nitent, paucis offendi maculis iustum rerum aestimatorem.

(*b*) Vide Florezium *cap. XXV. num.* 90. qui locus saepe postea in medium producetur.

(*c*) Ne semper loquamur Finestresium, et Florezium, hunc aliquando Historicum, aliquando Scriptorem Hispaniae Sacrae; illum vero Cervariensem Academicum, et saepe etiam Primarium Emeritum appellabimus.

punctionem, quod (*d*) lacunarum indicia praetermiserit; in eosdem errores (si tamen hoc nomine digni sunt huiusmodi lapsus, qui tantam salivam Florezio movent) plus millies incidisse. In quo multa sunt profecto, quae prae Finestresio vix tolerandam faciant Florezii negligentiam. Primum quod iste abundans exquisitissimis libris scripserit; Finestresius destitutus exemplaribus (*e*) Gruteri, et Muratorii, quae non dicam Cervariae, sed nec facile Barcinone reperiri possunt: ille Mantuae Carpetanorum in illa omnium Hispaniarum luce, ubi et selectissimae bibliothecae, et castigatissimi libri, et peritissimi typographi reperiuntur; Finestresius Cervariae Lacetanorum, ubi numqum ferbuit opus typographiae, et propter inopiam characterum non potuit multos litterarum nexus accurate et fideliter expressos, ut oportebat, exhibere, quod iam ipse in prologo praemonuit. Ignobilium deinde typographorum imperitia non potuit non saepe hunc in errorem inducere: qui error praetermittendus potius, quam refutandus esset in quolibet scriptore praeterquam in Henrico Florezio, qui obiurgans aliorum in edendis monumentis incuriam, sibi legem statuit assiduae et perpetuae in hac parte sollicitudinis: neque enim quisquam ignorat, ea quae in altero vindicaveris, tibi velis esse remisque fugienda.

 Quod

(*d*) Passim animadvertes fastidiosam hanc importunitatem carpendi.

(*e*) Statim videbis, quam nulla sit in hoc Finestresii culpa.

Quod si necessitas muneris in conscribenda Historia Florezium in has angustias deduxisset, ut de Finestresii opere iudicium ferre debuisset; quamquam nullo modo ignoscendus, minus tamen esset incusandus. Omnino autem illud ferri non potest, quod propter studium vellicandi Finestresium a proposito suo longissime aberraverit Henricus: ut non tam propter necessitatem muneris carpsisse Finestresium, quam propter irritationem carpendi muneri suo defuisse videatur. Politissimus ille rerum Romanarum scriptor T. Livius, qui maiestate orationis suae magnitudinem populi Romani adaequavit, praestrictus fulgore nominis Alexandri, in cuius mentionem propter Papirium Cursorem inciderat; paullulum divertit ab itinere, quod susceperat, comparationem instituens inter Alexandrum, et Imperatores, quos istius aetati suppares habuit Romanum imperium: nec tamen (*f*) id ausus est facere sine praefatione: et petita venia (cognoscens, ut ipse ait, nec legentibus amoena diverticula, nec requiem Historici animo quaerendam esse) brevissime tribus capitibus totam comparationem absolvit. In quo non possum non laudare exactam T. Livii in conscribenda Historia, et ad severiores leges accommodatam criticen; eodemque tempore admirari longam, et nimis alte repetitam orationem Florezii, qui ut nobis proponeret Hispaniam Sacram, volumen integrum, nec (*g*) exiguae molis, de

(*f*) Vide T. Liv. *lib. VIIII. cap.* 17. 18. 19.

(*g*) Praemisso iam altero, cui titulus erat: *La Cantabria, Disertacion*

de rebus profanis praemittendum putavit: non ut unum nobis Alexandrum (in quo venia dari posset Historico) sed ut omnes nobis in scenam produceret Hispaniae Tarraconensis Praesides, ut omnes Praefectos orae maritimae, omnes Seviros, Duumviros, AEdiles, Decuriones, Decemviros stlitibus iudicandis, Quatuorviros monetales, Tabularios, Tribunos militum, Centuriones, Speculatores, Beneficiarios Consulis; sed quid ego hos commemoro? totam plebem et infimam multitudinem servorum et libertinorum, et nescio, quos nobis ille Reburros et Reburrinos ex foetidis sepulcris (*h*) excitavit: neque in hoc nomenclatoris munere functus est, sed omnia et integra monumenta, quae Tarracone exstiterunt, in medium exhibuit, productis etiam sepulcralibus inscriptionibus, in quibus nihil praeter nuda nomina iacentium in oblivione sempiterna reperitur. Difficilem hic sane atque periculosum exitum mihi videretur habitura caussa Florezii, si deferenda esset ad tribunal Ioannis Clerici, qui severissime condemnans (*i*) in Q. Curtio paullo longiores, quam par erat, sed tamen paucis absolutas lineis descriptiones aliquorum fluminum, nec tamen ignobilium; multa credo falce critica circumcideret in volu-

---

tacion sobre el sitio, i extension, que tuvo en tiempo de los Romanos la Region de los Cantabros, con noticia de las Regiones confinantes, i de varias poblaciones antigüas. Discurso preliminar al tomo XXIIII. de la España Sagrada sobre la Provincia Tarraconense. Por el M. R. P. Maestro Fr. Enrique Florez, Ex-Asistente, &c.

(*h*) In *cap. XXV. num.* 86.

(*i*) In *Arte Critica Part. III. sect. III. cap. V. num.* 2. *et* 3.

ad se derivaturos gloriae putaverunt, quantum aliis detraxissent, ut de Aristotele pronunciavit Ludovicus (*l*) Vives; eum libenter ab hoc vitio eximam: quid enim minus convenit in religiosum, et doctissimum virum, qui non egebat alterius ruinis, ut nomen suum in Litterarum, et Antiquitatis regno fieret illustre, et saepe fuerat in Sylloge Finestresiana honorificentissimis verbis appellatus? dicam tamen eum aestu quodam ingenii abreptum, et ardentem inquirendae veritatis studio incautum saepe et inconsultum transilivisse lineas. Quoniam vero ab eodem Auctore facta hic mentio est de Iurisprudentia, cuius studio occupatum Finestresii animum non semel prolapsum fuisse significat; a me quoque monendus erit Lector, Scriptorem Hispaniae Sacrae, dum vult tractare res ad Iurisprudentiam pertinentes, non semel ostendere, se hominem (*m*) Theologum voluisse falcem in Iurisconsultorum messem immittere: ita Florezio defuit, quod putabat alteri impedimento fuisse. Quantam vero lucem a Iurisprudentia acceperint inscriptiones Romanae, quae in Catalaunia aut exstant, aut aliquando exstiterunt, opera et studio Finestresii, facilis quidem esset negotii, sed longae orationis, et ab hoc proposito alienae: quandoquidem non id agitur, ut laudemus quae Finestresius

(*l*) *Lib. I. de Caus. Corrupt. Art.*

(*m*) Vid. adnotationes huius opusculi ad *num. 36. seqq. cap. XXII.* Non meliorem se prodit Iuriscunsultum Florezius in *cap. XXIII. num. 16.*, ubi vult Afranium Cerealem fuisse libertum cuiusdam Erotis, quod refutatum vide, dum vindicamus Finestresium a *cap. XVII. num. 50.* ... Id ipsum liquet ex *cap. XI. num. 25.*

sius acute dixerit; quae fuerit in re tam lubrica et ancipiti ingeniose interpretatus; quos thesauros eruditionis effuderit; sed id tantum, ut ostendamus, Henricum multis in locis, in quibus reprehendit Finestresium, egregie falli. Atque ut ordiamur ab ultimis verbis huius a me laudati loci, non tam mihi hic videtur falli, quam alios, nisi acutissime videant, fallere posse: verba enim illa, *no se juzgue que no hai mas*, indicare videntur, uberrimum aliis spicilegium in hac parte fuisse relictum; multasque (unius enim, aut alterius non erat in prologo facienda mentio) exstitisse Romanas inscriptiones, quae fugerunt diligentiam et industriam Finestresii. Sed docere nos debuerat, ubi quaerenda essent haec monumenta, ubi reperiebantur. Ego asserens inscriptiones Romanas, quae ad hanc provinciam pertinent, magnam partem Tarraconenses (*n*) esse; ostendam in collectione plus ducentarum et quinquaginta inscriptionum Tarraconensium, quas edidit Florezius, omnes iam reperiri in Sylloge Finestresii praeter quatuordecim: quarum octo lucem publicam ante hanc diem non viderant; ex aliis sex, quae supersunt, una inter Tarraconenses numeratur auctoritate Wolfangi Lazii, quum tamen Gruterus eam tribuat Romae: ceterae quemadmodum fuerint a Finestresio praetermissae, nunc aperiendum est.

Praeclarissimus iste vir, qui amore quodam erudiendae iuventutis, et studio promovendi bonas

B artes

(*n*) In Sylloge Finestresiana sunt 370. inscriptiones, quarum 250. circiter Tarraconenses sunt.

artes inflammatus Cervariae Lacetanorum cum Musis domicilium collocavit, quamquam in instruenda bibliotheca nullis umquam pepercerit sumptibus, quos suppeditare ipsi poterat tenuitas rei familiaris; nullam nactus est occasionem comparandi Gruterum et Muratorium, qui non dicam Cervariae, ubi nullum est horum operum exemplum, sed nec facile reperiri possunt Barcinone: ubi Gruterus tantum, quod sciam, in bibliotheca PP. Carmelitarum Discalceatorum, Muratorius in bibliotheca PP. Ordinis Praedicatorum invenitur. Si quae alia sunt, quod valde dubito, horum librorum exemplaria, delitescunt in angulo privatae domus. In his angustiis, et in tanta paucitate huiusmodi librorum, quos iterum ac saepius, sed frustra semper a bibliopolis exteris et nobilibus (*o*) petivit Finestresius, necesse fuit huic praeclarissimo viro, ut perire minime pateretur subcisiva quarumdam aestatum tempora, in quibus requiescens ab Academicis exercitationibus relaxandi animi caussa Cervariam reliquerat. Tunc in alienis bibliothecis, neque tamen lucem publicam cogitans, inscriptiones ex his libris excerpsit, quos non poterat domi suae otiose et quiete, ut par erat, evolvere. Iam vero nemo non videt, quam sit difficile, raptim et turbulente ita describentem non aliquid omittere, non saepissime falli. Cuius rei nullum quaeratis velim efficacius argumentum, quam quod diligentissimus scriptor Henricus Florezius, habens ante oculos semper, nec de manibus suis deponens Gru-

(*o*) Ex ipso Finestresio id compertum habeo.

Gruterum et Muratorium, scribens praeparáto otio, non occupato, non impedito animo Academicis exercitationibus, nec senectute debilitato, ut Finestresius, (si Florezio credimus) frequenter admodum in hoc genere peccaverit.

Non dicam, in quo se tueri posset Finestresius, quam sit immensi, quam operosi, ac vix humani laboris totum Reinesium, totum Gruterum, Muratorium, Moralesium, Icartium, Puiadesium, aliosque auctores ita evolvere, ut nulla, quae ad praesentem pertineat provinciam, inscriptio praetermittatur. Omitto quod continere quemlibet potest, librum Finestresii non inscribi *Sylloge omnium inscriptionum*: ut si quatuor aut quinque omiserit, non propterea putandum sit, non implevisse titulum operis sui, cui mea sententia satisfecisset Auctor, quamvis in fronte praefixum esset, *Sylloge omnium inscriptionum*: nec enim verbum *omnis* ita captandum esset, ut nulla posset exceptione restringi. Sed non est necesse, ut nos torqueat huius verbi controversia: fuerit muneris, quod in se suscepit Finestresius, (nihil enim pugno) omnes omnino, quae in Catalaunia aliquando exstiterunt inscriptiones, in hac Sylloge comprehendere. Nunc ubi somnus obrepserit, quod in longo opere non condemnabat Horatius, videamus.

Florezius in *cap. XV. num. 7. volum. XXIIII.* unam affert inscriptionem, quam profecto in Finestresio desideres: sed quum haec a nullo mortalium fuisset adhuc in lucem publicam edita, non est cur ullius culpae reus Finestresius arguatur. Idem

statuendum est de alio litterato lapide efosso anno 1762. post absolutam videlicet, et vulgatam Cerveriensis Academici Syllogen a nostro Historico publici iuris factam *cap. XVIIII. num.*39.: istis adiungenda sunt monumenta, quae reperies scilicet in *cap.XX. num.*19.61. *cap.XXI. num.*40. *cap.XXII. num.* 33. *cap. XXIIII. num.* 5. *cap. XXV. num.* 86.. Sed iam pergamus ad reliqua, et audiamus Florezium, qui in *cap. XVI. num.* 21. haec habet: „ en „ otra mencionada por Morales, que me remitió „ el Doctor Foguét como existente hoi....... „ (omitida por Finestres) dice así

TVTELAE
TARRAC

et in *cap.XXII. num.*35. ait: „ Del imperio de Hel- „ vio Pertináz; de su segundo Consulado, i de los „ Consules, que le sucedieron en el año siguiente „ 193. de Christo hai en Tarragona una insigne „ memoria, que omitió Finestres, estando ia „ publicada en Grutero *pag.CCVIIII.* 1. i tomando „ a su cargo el recoger las inscripciones Romanas „ de Cataluña; debia haber examinado atentamente „ el Cuerpo de inscripciones mas comun i funda- „ mental de todos, que es el de Grutero. La pre- „ sente existe en Tarragona en el Palacio Arzobis- „ pal, donde estaba, quando escribió Finestres, (intellige *donde estaba la inscripcion,* non *Finestres,* in quo proclivis esset error, et gravior Cervariensis Academici culpa) i pudiera haber reconocido, „ o hacer reconocer con diligencia lo que en sus „ dias

„dias se hallaba en una Capital elogiada por la
„ mas sobresaliente en numero de semejantes mo-
„ numentos." Dolet in hoc loco Florezius, quod Finestresium praetervolaverit hoc monumentum: et est certe, cur vehementer doleat. Nam si hoc a praeclarissimo viro non fuisset praetermissum, nec Iureconsultis ludibrium debuisset Florezius: et facem ei lucente sole, cuius a lumine identidem lucet, non tantae ipsi in eo explicando (*p*) tenebrae fuissent. Sed de hoc postea erit dicendi locus: nunc de Finestresio agamus, qui si fuit in hac parte alicuius culpae reus, se omnino purgavit. Constat enim idibus Iunii ann. 1769. Cervariae Lacetanorum auspiciis eiusdem Finestresii in lucem prodiisse (*q*) has inscriptiones inter alias, quae post vulgatam Syllogen ad ipsum pervenerunt. Et quemadmodum Quintilianus reprehendi non posse (*r*) aiebat M. Tullium Ciceronem, quod falsa quaedam praecepisset in libris de Inventione Rethorica, quum illa postea emendasset in aliis, qui de *Oratore* inscribuntur; sic mihi videor posse iure optimo affirmare, nihil caussae esse, cur incusemus hic Finestresium, quod Sylloge suae curaverit substitui additionem inscriptionum Romanarum, ubi sunt istae, quae in alio opere desiderabantur.

Veniamus nunc ad *cap. XVII. num.* 18., ubi ponit hanc inscriptionem

L.

(*p*) Vid. refutatam in suo loco explicationem huius monumenti.

(*q*) Quas reperies scilicet *pag.* 10. *et* 12. in additione, cui titulus est: *Inscriptiones Romanae in Catalaunia repertae post vulgatam Syllogen D. D. Iosephi Finestres.*

(*r*) *Lib. III. Inst. cap.* 6.

L. AMENIO. L. F
GAL. SATVRNINO
AED. II. VIR. FLAM
P. H. C

et posteà subiungit Historicus: „ Finestres omitió „ esta memoria, porque no recorrió bien la obra de „ Grutero, a quien citarémos: " cet: alii viderint, quam diligenter perlustraverit collectionem Gruteri Florezius, qui in ipso loco, in quo negligentiae reum arguit Finestresium, omisit integrum versiculum inscriptionis, quam habebat ante oculos. In Grutero enim, quem citat, *pag. CCCLII. 2.* post P. H. C legitur

LVCIA. VALENTINA

Praeter hanc inscriptionem omisit Finestresius fragmentum monumenti, quod ex Icartio adductum à Florezio in *cap. XXI. num.* 28. ita habet:

ORN † TE EAQVEL † O † VNS † VER † BVS † I † S † NEGL †
VI † VA † FL † BVS † SIBI PERPETVO REMANE †

Sed haec numero Platonis obscuriora sunt, quibus sine magna sapientiae iactura caruissemus. Memoriam etiam in sepulcro mariti positam ab istius coniuge, et in exiguo mutiloque marmore conservatam, (cuius meminit Florezius *cap. XXIII. num.* 16.) dolenter ferent, et indignabuntur fuisse praetermissam illi, qui Antiquitatis amore insanientes per haec sepulcra nescio quam sibi paten-

tem

tem ad Elysios viam invenisse putaverunt. Mihi tamen facilis est huius iactura sepulcri.

Nunc vero progrediamur longius, et monentem saepe censorem nostrum audiamus. In *cap. XXV. num.* 27. ait: „ No conoció Finestres la que repite „ Grutero *pag. DCCCLV.* 9. con nombre de C. „ AEmilio, i *pag. DCCCLXIIII.* 1. con el de C. „ Camillo, que fuera de esto convienen; i por „ el Camillo las ponemos aquí

C. AEMILIO
PATERNO
M. AEMILIVS
VALERIANVS
AMICO
OPTIMO
ET. FIDELISS

quo in loco non possum non animadvertere, vigilantem hic dormitavisse Florezium: quoniam haec inscriptio nulla littera, nec interpunctione variata, eadem pagina, eodemque numero Gruteri laudato, in suo loco, propriaque sede reperitur apud Finestresium *Clas. VI. num.* 70. Pergit Florezius „ Así dice la copió Schoto: pero la que pone „ despues tomada de Apiano dice *C. Camillo Pa-* „ *terno. M AEmilius Valerianus. Amico Optimo. et* „ *Fidelissimo.* Ni una ni otra están bien: porque „ existe la piedra en un angulo de la casa de Ma- „ gin Bastida, que cae a la plaza de la fuente, i di- „ ce así: C. CAMILLO cet.“ Tria, ut nemo non videt,

videt, circumferuntur apographa huius litterati lapidis; una tamen inscriptio est, quam minime praetermissam a Finestresio, ut contendit Scriptor Hispaniae Sacrae, iam demonstratum fuit. Finestresius non attulit secundum apographum, quod reiiciendum censuit, quum veriorem putaret lectionem primi, quod ad Gruterum pervenit ex schedis accuratissimi viri Andreae Schotti multum in hoc litterarum genere versati, et qui Tarracone degit: non poterat autem mentionem facere tertii apographi, quod nunc primum in lucem prodit.

Sequitur nunc, ut de altera inscriptione disseramus, quae traditur a Florezio *cap. XX. num.* 37. ,, Allí mismo, inquit, pone Lazio una inscripcion, ,, que menciona los adornos Decurionales, i la re- ,, duce a Tarragona en esta forma..... Grutero *pag.* ,, *CCCCLXXXII.* 2. la pone con Mazochio en Ro- ,, ma: pero la pudieron llevar allá: pues la misma ,, piedra muestra haberse hecho fuera de Roma en ,, una Colonia. Grutero añade *Coloniae* NOSTRAE. ,, POENAI. NOMINE.... i despues de *Rufinae*, *ET*. ,, VARINAE. *Philippicae*: para las quales se hizo ,, aquel sepulcro. La copia de Grutero es mas pun- ,, tual, que la de Lazio: i ambas convienen en ORN. ,, DEC. *Ornamentis Decurionalibus*, sin añadir mas, ,, porque suplian por el uso *honoratus*, o *illustratus*, ,, como algunas piedras expresan. Vease Grutero *pag. LXXXXV*. 11. (nihil tale in *pag. LXXXXV*. reperitur: sine dubio Florezius vitiose posuit *LXXXXV*. pro *LXXXXVII.*) donde, como en la presente, no ,, hai sino los adornos Decurionales sin *honoratus*;

,, pero

„ pero con mas letras *ORNAMENTIS DECVRIONA-*
„ *LIB.* que sirven de comentario para la presente: "
et tamen haec nullis indigebant commentariis: alia, quae in hac inscriptione obscuriora sunt, sigla videlicet illa quarti versus QQ. SS. et sequentia inexplicata reliquit Florezius. Nunc vero ad rem veniamus. Quamquam hoc monumentum desideres in Sylloge Finestresii, non tam hunc reprehendere, quam gratulari Florezio debemus, quod istud ex angulo Wolfangi Lazii fuerit expiscatus. Auctoritate Gruteri posset Roma sibi hoc monumentum vindicare: sed nos libenter adhaeremus Lazio, a quo in descriptione etiam discrepat Gruterus. Florezius autem, qui variam utriusque lectionem in se susceperat adnotare; debuerat animadvertere, unam ab altera in lectione primi nominis differre, quoniam in Grutero legitur *Varinius*, hic *Varinus*.

Superest nunc, quoniam nobis propositum est ostendere, his tantum exceptis monumentis, quae memorata sunt, cetera omnia reperiri in Sylloge Finestresiana; ut pedetentim cauteque percurramus totum Florezium, et ubi ocurrat aliqua inscriptio Tarraconensis, et ad Catalauniam pertinens, indicemus locum Finestresii, ubi eadem reperitur: haec enim est urgentissima ratio, qua possumus id, quod volumus, omnino concludere.

LOCI qui inter se conferendi sunt, ut appareat, omnes inscriptiones Tarraconenses a Florezio in hoc volumine editas, (si illas quatuordecim excipias, de quibus antea) iam inveniri in Sylloge Finestresii.

CAPVT III. FLOREZII.

Florezius cap. III. num.8. inscriptionem affert, quam exhibet Finestresius Classe III. num. 31.

Fl.n. 9.	Fin.Cl. V. n. 4.	Fl.n.21.	Fin.Cl. III. n.24.
Fl.n.10.	Fin.Cl. V. n. 3.	Fl.n.29.	Fin.Cl. I. n. 9.
Fl.n.16.	Fin.Cl. V. n.34.	Fl.n.30.	Fin.Cl.VII.n.17.
Fl.n.19.	Fin.Cl.VII.n.12.	Fl.n.32.	Fin.Cl. II. n.41.
Fl.n.20.	Fin.Cl. III. n.30.		

CAPVT VII.

Flor. cap.VII. num.14. Fin. Cl. III. num.12.

CAPVT X.

Fl. n.10.	Fin. Cl.II. n.31.	Fl. n.19.	Fin. Cl.II. n.36.
Fl. n.12.	Fin. Cl.II. n.32.	Fl. n.21.	Fin. Cl.II. n.37.
Fl. n.16.	Fin. Cl.II. n.38.		

CAPVT XI.

Fl. n.11.	Fin.Cl.IIII. n.4.	Fl.n.30.	Fin.Cl.IIII.n.11.
Fl. n.16.	Fin.Cl.IIII. n.3.	Fl.n.33.	Fin.Cl. V. n.43.
Fl. n.21.	Fin.Cl.IIII. n.6.	Fl.n.34.	Fin.Cl. II. n.21.
Fl. n.26.	Fin.Cl.IIII. n.5.	Fl.n.35.	Fin.Cl.IIII.n.42.
Fl. n.27.	Fin.Cl.IIII. n.1.		

Animadvertat Lector in hoc capite XI. post numerum arabicum 17. vitiose poni numerum 8. et deinceps sequentes. Nos conferentes Florezium cum Finestre-

nestresio ad vitandam obscuritatem non potuimus non numerare 18. post 17. et deinceps sequentes: quod monitum Lectorem volumus, ne legens apud Florezium 20. ubi debet esse 30. et 30. ubi debet esse 40.; non recte collatos putet utriusque auctoris locos, si periculum faciat rei, quam concludimus, in aliquo ex istis locis.

CAPVT XII.

Fl. n. 9.	Fin. Cl. I. n. 6.	Fl. n. 14.	Fin. Cl. III. n. 20.
Fl. n. 14.	Fin. Cl. III. n. 71.	Fl. n. 15.	Fin. Cl. III. n. 72.

CAPVT XIII.

Fl. cap. XIII. num. 12. Fin. Cl. V. n. 5.

CAPVT XIIII.

Fl. n. 3.	Fin. Cl. III. n. 39.	Fl. n. 9.	Fin. Cl. IIII. n. 27.
Fl. n. 4.	Fin. Cl. III. n. 33.	Fl. n. 10.	Fin. Cl. V. n. 32.
Fl. n. 5.	Fin. Cl. III. n. 9.	Fl. n. 11.	Fin. Cl. I. n. 20.
Fl. n. 8.	Fin. Cl. III. n. 69.		

CAPVT XV.

Fl. n. 4.	Fin. Cl. I. n. 3.	Fl. n. 16.	Fin. Cl. I. n. 27.

CAPVT XVI.

Fl. n. 1.	Fin. Cl. I. n. 11.	Fl. n. 20.	Fin. Cl. I. n. 23.
Fl. n. 4.	Fin. in fin. Prol.	Fl. n. 21.	Fin. Cl. I. n. 25.
Fl. n. 6.	Fin. Cl. I. n. 15.	Fl. n. 21.	Fin. Cl. I. n. 26.
Fl. n. 13.	Fin. Cl. I. n. 19.	Fl. n. 27.	Fin. Cl. III. n. 62.
Fl. n. 17.	Fin. Cl. I. n. 22.	Fl. n. 30.	Fin. Cl. III. n. 72.

CAPVT XVII.

Fl.n. 2.	Fin.Cl.III. n.32.	Fl.n.31.	Fin.Cl.III. n. 5.
Fl.n. 4.	Fin.Cl.III. n.22.	Fl.n.34.	Fin.Cl.III. n.15.
Fl.n. 5.	Fin.Cl.III. n.60.	Fl.n.35.	Fin.Cl.III. n. 1.
Fl.n. 7.	Fin.Cl.III. n.14.	Fl.n.38.	Fin.Cl.III. n.17.
Fl.n.10.	Fin.Cl.III. n.25.	Fl.n.40.	Fin.Cl.III. n.18.
Fl.n.10.	Fin.Cl.III. n.26.	Fl.n.42.	Fin.Cl.III. n.16.
Fl.n.10.	Fin.Cl.III. n.27.	Fl.n.43.	Fin.Cl.III. n.26.
Fl.n.12.	Fin.Cl.III. n.29.	Fl.n.44.	Fin.Cl.III. n. 7.
Fl.n.19.	Fin.Cl.III. n.38.	Fl.n.45.	Fin.Cl.III. n.13.
Fl.n.22.	Fin.Cl.III. n. 2.	Fl.n.46.	Fin.Cl.III. n.74.
Fl.n.25.	Fin.Cl.III. n.11.	Fl.n.47.	Fin.Cl.III. n.27.
Fl.n.26.	Fin.Cl.III. n.21.	Fl.n.49.	Fin.Cl.III. n.19.
Fl.n.28.	Fin.Cl.III. n. 4.	Fl.n.53.	Fin.Cl.III. n.56.
Fl.n.29.	Fin.Cl.III. n.63.	Fl.n.54.	Fin.Cl.III. n.34.
Fl.n.30.	Fin.Cl.III. n.10.	Fl.n.55.	Fin.Cl.III. n. 8.

CAPVT XVIII.

Fl. n.5.	Fin. Cl.III. n.68.	Fl. n.7.	Fin. Cl.III. n.75.
Fl. n.6.	Fin. Cl.III. n.70.	Fl. n.9.	Fin. Cl.III. n.73.

CAPVT XVIIII.

Fl.n. 7.	Fin.Cl.III. n.64.	Fl.n.37.	Fin.Cl.III. n.48.
Fl.n. 8.	Fin.Cl.III. n.66.	Fl.n.38.	Fin.Cl.VI. n.43.
Fl.n. 9.	Fin.Cl.III. n.65.	Fl.n.40.	Fin.Cl.III. n.45.
Fl.n.29.	Fin.Cl.III. n.50.	Fl.n.47.	Fin.Cl.III. n.47.
Fl.n.31.	Fin.Cl.III. n.49.	Fl.n.49.	Fin.Cl.III. n.43.
Fl.n.32.	Fin.Cl.III. n.46.	Fl.n.50.	Fin.Cl.III. n.42.
Fl.n.34.	Fin.Cl.III. n.59.	Fl.n.51.	Fin.Cl.III. n.57.

CA-

CAPVT XX.

Fl.n. 7.	Fin.Cl.VI. n.40.	Fl.n.44.	Fin.Cl.IIII.n. 8.
Fl.n. 8.	Fin.Cl.IIII.n.36.	Fl.n.50.	Fin.Cl.IIII.n.24.
Fl.n.15.	Fin.Cl.IIII.n.23.	Fl.n.52.	Fin.Cl. V. n.44.
Fl.n.23.	Fin.Cl.IIII.n.25.	Fl.n.53.	Fin.Cl. V. n.45.
Fl.n.26.	Fin.Cl.VI. n.25.	Fl.n.54.	Fin.Cl. V. n.46.
Fl.n.28.	Fin.Cl.VI. n.33.	Fl.n.56.	Fin.Cl. V. n.47.
Fl.n.31.	Fin.Cl.IIII.n.37.	Fl.n.60.	Fin.Cl.IIII.n.35.
Fl.n.43.	Fin.Cl.IIII.n. 7.	Fl.n.62.	Fin.Cl.VII.n. 8.

CAPVT XXI.

Fl.n. 5.	Fin.Cl.VII.n. 6.	Fl.n.22.	Fin.Cl.IIII.n.22.
Fl.n. 8.	Fin.Cl.VII.n. 7.	Fl.n.22.	Fin.Cl.IIII.n.13.
Fl.n.10.	Fin.Cl. V. n. 1.		

CAPVT XXII.

Fl.n. 5.	Fin.Cl. II. n. 1.	Fl.n.22.	Fin.Cl.III.n. 6.
Fl.n. 9.	Fin.Cl. II. n. 7.	Fl.n.25.	Fin.Cl.III.n.15.
Fl.n.10.	Fin.Cl. II. n. 6.	Fl.n.26.	Fin.Cl. II. n.16.
Fl.n.11.	Fin.Cl. II. n. 8.	Fl.n.29.	Fin.Cl. II. n.17.
Fl.n.15.	Fin.Cl. II. n.11.	Fl.n.31.	Fin.Cl. II. n.22.
Fl.n.19.	Fin.Cl.III.n.53.	Fl.n.32.	Fin.Cl. II. n.18.
Fl.n.19.	Fin.Cl.IIII.n.38.	Fl.n.34.	Fin.Cl. II. n.23.

CAPVT XXIII.

Fl.n. 2.	Fin.Cl.III.n.23.	Fl.n. 8.	Fin.Cl.V. n.35.
Fl.n. 4.	Fin.Cl. V. n.36.	Fl.n.10.	Fin.Cl.V. n.33.

Fl.

Fl.n.10.	Fin.Cl. III. n.63.	Fl.n.10.	Fin.Cl.IIII.n.28.
Fl.n.10.	Fin.Cl. I. n. 7.	Fl.n.13.	Fin.Cl. I. n. 1.

CAPVT XXIIII.

Fl.n. 7.	Fin.Cl. V. n. 8.	Fl.n.26.	Fin.Cl.IIII.n.30.
Fl.n. 8.	Fin.Cl.IIII.n.28.	Fl.n.27.	Fin.Cl. V. n.17.
Fl.n. 9.	Fin.Cl. V. n.23.	Fl.n.28.	Fin.Cl. V. n.18.
Fl.n.10.	Fin.Cl.IIII.n.31.	Fl.n.29.	Fin.Cl.IIII.n.12.
Fl.n.12.	Fin.Cl. V. n. 2.	Fl.n.30.	Fin.Cl. V. n.19.
Fl.n.14.	Fin.Cl.IIII.n.32.	Fl.n.34.	Fin.Cl. V. n.25.
Fl.n.16.	Fin.Cl. V. n.28.	Fl.n.36.	Fin.Cl.IIII.n.33.
Fl.n.17.	Fin.Cl. V. n.11.	Fl.n.37.	Fin.Cl. VI. n.87.
Fl.n.19.	Fin.Cl. V. n.12.	Fl.n.38.	Fin.Cl.IIII.n.34.
Fl.n.22.	Fin.Cl. V. n.13.	Fl.n.41.	Fin.Cl. V. n.10.
Fl.n.23.	Fin.Cl. V. n.14.	Fl.n.42.	Fin.Cl. V. n.21.
Fl.n.24.	Fin.Cl. V. n.15.	Fl.n.43.	Fin.Cl. V. n.22.
Fl.n.25.	Fin.Cl. V. n.16.		

CAPVT XXV.

Fl.n. 3.	Fin.Cl.VI.n.106.	Fl.n.16.	Fin. Cl.VI. n.73.
Fl.n. 5.	Fin.Cl.VI.n. 88.	Fl.n.16.	Fin. Cl.VI. n.78.
Fl.n. 5.	Fin.Cl.VI.n. 70.	Fl.n.20.	Fin. Cl.VI. n.30.
Fl.n. 6.	Fin.Cl.VI.n.104.	Fl.n.20.	Fin. Cl.VI. n.19.
Fl.n. 8.	Fin.Cl.VI.n. 92.	Fl.n.21.	Fin. Cl.VI. n.44.
Fl.n. 8.	Fin.Cl.VI.n. 91.	Fl.n.22.	Fin. Cl.VI. n.69.
Fl.n. 9.	Fin.Cl.VI.n. 93.	Fl.n.23.	Fin. Cl.VI. n.11.
Fl.n.10.	Fin.Cl.VI.n.105.	Fl.n.24.	Fin. Cl.VI. n.55.
Fl.n.11.	Fin.Cl.VI.n. 41.	Fl.n.25.	Fin. Cl.VI. n.42.
Fl.n.11.	Fin.Cl.VII.n. 2.	Fl.n.26.	Fin. Cl.VI. n.72.
Fl.n.13.	Fin.Cl.VI.n. 59.	Fl.n.27.	Fin. Cl.VI. n.70.

Fl.

Fl.n.28.	Fin.Cl.VI.n. 80.	Fl.n.62.	Fin.Cl.VI.n. 79.
Fl.n.29.	Fin.Cl.VI.n. 17.	Fl.n.63.	Fin.Cl.VI.n. 75.
Fl.n.30.	Fin.Cl.VI.n. 39.	Fl.n.67.	Fin.Cl.VI.n. 8.
Fl.n.31.	Fin.Cl.VI.n. 64.	Fl.n.68.	Fin.Cl.VI.n. 94.
Fl.n.32.	Fin.Cl.VI.n. 2.	Fl.n.69.	Fin.Cl.VI.n. 48.
Fl.n.34.	Fin.Cl.VI.n.108.	Fl.n.69.	Fin.Cl.IIII.n.20.
Fl.n.35.	Fin.Cl.VI.n. 53.	Fl.n.70.	Fin.Cl.VI.n. 56.
Fl.n.36.	Fin.Cl.VI.n. 71.	Fl.n.71.	Fin.Cl.VI.n. 46.
Fl.n.37.	Fin.Cl.VI.n. 54.	Fl.n.72.	Fin.Cl.VI.n. 5.
Fl.n.38.	Fin.Cl.VI.n. 60.	Fl.n.73.	Fin.Cl.VI.n.102.
Fl.n.39.	Fin.Cl.VI.n. 7.	Fl.n.74.	Fin.Cl.VI.n. 50.
Fl.n.40.	Fin.Cl.VI.n. 51.	Fl.n.75.	Fin.Cl.VI.n. 57.
Fl.n.41.	Fin.Cl.VI.n. 47.	Fl.n.76.	Fin.Cl.VI.n. 96.
Fl.n.42.	Fin.Cl.VI.n. 20.	Fl.n.77.	Fin.Cl.VI.n. 89.
Fl.n.44.	Fin.Cl.VI.n. 28.	Fl.n.78.	Fin.Cl.VI.n. 3.
Fl.n.45.	Fin.Cl.VI.n. 82.	Fl.n.79.	Fin.Cl.VI.n. 61.
Fl.n.46.	Fin.Cl.VI.n. 84.	Fl.n.80.	Fin.Cl.VI.n. 76.
Fl.n.47.	Fin.Cl.VI.n. 27.	Fl.n.81.	Fin.Cl.VI.n. 29.
Fl.n.48.	Fin.Cl.VI.n. 99.	Fl.n.82.	Fin.Cl.VI.n.112.
Fl.n.49.	Fin.Cl.VI.n. 86.	Fl.n.83.	Fin.Cl.VI.n. 66.
Fl.n.50.	Fin.Cl.VI.n. 67.	Fl.n.84.	Fin.Cl.VI.n. 4.
Fl.n.51.	Fin.Cl.VI.n.103.	Fl.n.85.	Fin.Cl.VI.n. 15.
Fl.n.52.	Fin.Cl.VI.n. 38.	Fl.n.87.	Fin.Cl.VI.n. 97.
Fl.n.53.	Fin.Cl.VI.n. 65.	Fl.n.88.	Fin.Cl.VI.n. 16.
Fl.n.54.	Fin.Cl.VI.n. 58.	Fl.n.89.	Fin.Cl.VI.n. 22.
Fl.n.55.	Fin.Cl.VI.n. 18.	Fl.n.90.	Fin.Cl.VI.n. 49.
Fl.n.56.	Fin.Cl.VI.n. 74.	Fl.n.91.	Fin.Cl.VI.n. 63.
Fl.n.57.	Fin.Cl.VI.n. 12.	Fl.n.92.	Fin.Cl.VII.n.11.
Fl.n.57.	Fin.Cl.VI.n. 13.	Fl.n.93.	Fin.Cl.VI.n.107.
Fl.n.58.	Fin.Cl.VI.n. 21.	Fl.n.95.	Fin.Cl. V. n. 6.
Fl.n.59.	Fin.Cl.VI.n. 85.	Fl.n.96.	Fin.Cl.VII.n. 10.

Dili-

Diligenter collatis omnibus istis locis liquido pervidebit Lector, Tarraconensia monumenta, quae afferuntur a Florezio in volumine XXIIII., ad unum omnia reperiri in Finestresio praeter illa quatuordecim, de quibus antea; quorum octo nondum adhuc in dias luminis auras prodierant. Ergo illud sedeat necesse est, in collectione tercentarum et septuaginta inscriptionum, quas in Sylloge sua complexus est, et eruditis commentariis explicavit Finestresius, si ad vivum resecantur omnia, solum desiderari posse sex inscriptiones: quarum altera delitescebat in angulo quodam Wolfangi Lazii, et si Grutero credimus, tribuenda Romae, non Tarraconi est; duae studio operaque eiusdem praeclarissimi viri prodierunt Cervariae idib. iun. an. 1769.; tres autem aliae (nihil singulare, nec peculiari animadversione dignum continentes, et quarum duae male conservatae, mutilae, et lacerae ad nos pervenerunt) praetervolavere industriam Finestresii, (*s*) qui nec domi suae, nec in alienis bibliothecis, nisi rarissime, consulere potuit, nec perlustrare Gruterum, Reinesium, Muratorium, et alios, quibus maxime indigebat, et quos in promptu habuit Florezius. Ne quid vitio verti Finestresio possit, vide

(*s*) Si quis urgeat ex aliis monumentis, quae Tarraconensia non sunt, praetermissa fuisse multa a Cervariensi Academico, id erit antea ostendendum, et probationis onus adversariis incumbet. Ego interea quum videam solas inscriptiones Tarraconenses fere totam Syllogen componere, et ex his tantum a nobis tres desiderari posse; facile adducor, ut credam, Primarium Emeritum in reliquis inscriptionibus vix humani aliquid passum fuisse.

de quid iste in prologo Lectori suo praevertat. „ Ego
„ certe, inquit, etsi quantas potui iam a multo tem-
„ pore undecumque inscriptiones collegerim, num-
„ quam tamen in animum induxissem eas publicae
„ luci committere; nisi ut id facerem, ursissent cre-
„ brae amicorum sollicitationes, qui de me plus for-
„ tasse sperabant, quam re ipsa praestare poteram.
„ Quorum ego desiderio morem gerens, tametsi li-
„ brorum paene necessariorum suppellectile desti-
„ tutus, quibusdam notis et observationibus qua
„ longioribus, qua brevioribus, ut res exposcere vi-
„ debatur, veteres hasce inscriptiones illustrare ag-
„ gressus sum, sed ita perfunctorie et extemporali
„ opera, ut verear, ne nimiae festinationis poenas
„ merito apud eruditos luam. " Has poenas minime
veritus, sed graviores fortasse meritus est Florezius,
qui tanto impetu in Finestresium irruit. Nunc enim
instituta actione rerum amotarum ereptas Finestre-
sio plumas restituemus: et articulatim omnia dis-
tincteque dicentes demonstrabimus, non modo o-
mnes inscriptiones, quas Florezius attulit, et de qui-
bus hactenus disputatum est, in Finestresio reperiri;
sed quod minime reris, earum bene plane multa-
rum explicationem.

FINESTRESIVS VINDICATVS ex multis locis eiusdem volum. XXIIII. Hisp. Sacr.

A Capite primo usque ad caput septimum totus est Florezius in constituendis praefiniendisque limitibus Hispaniae Tarraconensis, in quo (quamvis obiter adnotaverim insigniter erravisse Florezium in collocatione Cisae, sive Guisonae, quae spectantibus a Cervaria, et Tarracone vergit in septem triones, et non in occidentem solem, uti docuit Florezius. *cap. VIII. n.* 2.) nullam tamen ego de termino moto controversiam moveo: siquidem non mihi propositum est Geographum cum Geographo, sed Antiquarium cum Antiquario conferre; et quae ab accusatore opposita sunt vitia diluere, vicissimque ipsum propriis offensionibus retundere. Quoniam vero hic nulla in Finestresium se nobis offert criminatio; in quo nos Florezium contra criminemur, paucis indicabimus; sed ea tantum, quae Finestresii culpam imminuant, si qua in conficienda Sylloge a doctissimo viro commissa est. In quo non tam reprehendere volumus Florezium, quam Cervariensem Academicum defendere: nullus enim erit tam iniustus rerum aestimator, qui non aliquid concedendum et indulgendum putet Finestresio, si quid humani passus est in iis locis, in quibus videbit gnavum, industrium, et peritissimum Florezium, qui alterius naufragio doctus poterat tutius navigare, miserrime periisse.

Atque hic me puderet dicere de rebus tam levibus

et

et minutis; nisi lacessitus a Florezio venire cogerer in hoc argumentum, quod a me necessario pertractandum est, antequam caussam Finestresii prodam. Ille enim, qui conqueritur (*t*) neglectum et contemptum a Finestresio ordinem, quem facta partitione operis sibi tenendum proposuerat, audiat necesse est, se quidem in hac re non satis fuisse diligentem. Nam quum in prologo haec legantur: „ i
„ acerca de ello prevengo, que quantas (inscripcio-
„ nes) van en las planas con separacion de la mate-
„ ria, i lineas de todo el libro, estas son proprias de
„ Tarragona, erigidas allí, i publicadas en los autores
„ del Cuerpo de Inscripciones como puestas en nues-
„ tra Capital, aunque io no lo declare siempre: por-
„ que para distincion de unas i otras van las foras-
„ teras impresas en el texto sin separacion de lineas:
„ i de este modo conocerás a la primera vista las
„ proprias, y las estrañas: porque quantas van separa-
„ das del renglon precedente son de Tarragona: las
„ demas tocan a otras ciudades, " miraberis profecto doctissimum virum oblitum huius propositi iam ad primum lapidem offendere: siquidem in *cap. I.*

 num.

(*t*) Cum in his, tum in aliis multo levioribus, quae statim adnotabimus, miraberis certe tantum virum in his immoratum esse nugis. *Cap. XI. num.* 10. *ait*: *segun le sucedió al D. D. Josef Finestres en la Coleccion de las Inscripciones Romanas puestas en el Principado de Cataluña, donde puso debajo de la Clase de Militares muchas, que no tienen la mas minima connexion, ni alusion a la Milicia. Cap. XXIII. num. 9.: Finestres colocó esta inscripcion entre las de Militares, siendo así, que no tiene la mas minima alusion a la Milicia. Cap. XXIIII. num. 10. Entre los Magistrados colocó Finestres este letrero sin ningun fundamento: pues el Especulador de la legion pertenece a la Clase de Militares*, cet.

num. 11. exstat inscriptio a praecedenti linea separata, quae tamen Tarraconis non est: minus autem illud ferendum, quod arcuata in hunc modum U. fuerit usus in verbo LVSITANIA abhorrente quidem a latinis oculis, qui numquam in Romanis monumentis (*u*) vident, nisi antiquam illam V. quae angulum acutum habet in ima parte. Alia etiam monumenta reperies in *cap. II. num.* 7. *cap. XIII. num.* 12. *in fin. et num.* 14. *cap. XVIIII. num.* 36. *cap. XXIII. num.* 16. quae te monitum a Florezio, ut intelligas Tarraconi tribuenda, quaecumque videas a materia separata, prima specie fallere possunt.

Minus opportune videtur collocata inscriptio, quam affert Florezius *cap. III. num.* 9.: nec cur ibi debeat esse caussam ullam video. Sermo ibi est de Catalauniae populis, qui Laletaniam incolunt: occasione huius sermonis, in quem incidit Historicus, nobis exhibet inscriptionem dedicatam Q. Licinio Silvano Graniano Praefecto orae maritimae Laletanae. Hactenus bene habet: sed qua tandem caussa *num.* 9. posuit integrum aliud monumentum L. Cornelii Celsi, profecto non video. Quid enim est in toto hoc monumento, quod ad Laletaniam pertineat? nihil profecto: quae igitur ratio nostrum movit Historicum, ut istud ibi collocaret? attendite diligenter: nova enim hic proponitur ratio conficiendi volumen integrum

(*u*) Christoph. Cellar. *in Orthog. Lat. Necdum centesimus annus est, quum altera* U, *U, vocalis litterae quae nota esset, adiiceretur*: cet. Ipse Florezius describens hoc monumentum in *volum. V.* Hispaniae Sacrae *pag.* 5. antiqua usus est *V.*: sed non semel adnotabis in hoc *volum. XXIIII.* praecipitem et transversum actum fuisse hunc praeclarissimum virum.

grum cuiuscumque rei, quam casu quodam et incidenter attigeritis. Videlicet quia mentio facta erat Laletaniae, non fuit omittenda a Geographo inscriptio, quae Q. Licinium Silvanum exhibet Praefectum orae maritimae Laletanae: quia hic Q. Licinius Silvanus Tarracone posuerat aliud monumentum L. Cornelio Celso, totum hoc monumentum erat etiam accurate describendum: deinde quia Pompeia Donace uxor Cornelii Celsi voluit memoriam mariti alio litterato lapide consecrare, non fuit hic omnino praetereundus. Iam isto quidem modo si Cornelio Celso, sicut Licinio Secundo (*x*) septem fuissent dedicata monumenta, omnia nobis essent in hoc loco obtrudenda; multoque potiori iure sibi locum vindicarent, si quae alia fuissent in honorem et memoriam Q. Licinii Silvani collocata. Iustus rerum aestimator diligenter attendat, quanta lux ex huiusmodi notitiis Laletaniae rebus affulgeat: et utrum sibi proposuerit (*y*) Florezius lucem dare ex Romanis monumentis Historiae suae, an potius occasione Historiae

(*x*) Harum meminit Florezius *cap. XXII. num.* 23.

(*y*) Eadem oberrat chorda Florezius divertens in alienum argumentum *cap. XXII. num.* 22. *et* 23., ubi multis confutat Finestresium: sed videbimus postea, quam sine fundamento id fecerit; et mirabimur cur tam sollicitus sit in refellendo Finestresio, quum paullo ante eod. *cap. num.* 15. dixisset: *pues era materia mui larga tirar a decidir en lo que no es del asunto principal, bastando a Tarragona la memoria puesta alli por el que hacia las-veces del Emperador, llamado en algunos Acindino i Agnidino.* Sicut igitur in hoc loco noluit definire rem, quae proprius non pertinebat ad argumentum praecipuum de quo agebatur; ita in *num.* 22. *et* 23. praetermittere potuit controversiam, quam ibi instituit aeque remotam ab scopo eiusdem capitis. Sed illic agebatur de subterfugienda difficultate, ex qua non se facile expedivisset Florezius, ut videbimus vindicantes Finestresium a *cap. XXII. num.* 15. in fine; isthic de carpendo Finestresio.

storiae suam in hoc genere scriptionis eruditionem ostentare; dubiamque reddere palmam Finestresio, qui hanc provinciam ceperat: sed debebat tamen acrius intendere nervos aetatis suae, quae nescio an florentissima sit, quamquam ipse toties in senectutem Finestresii insultet. Sed redeamus ad rem: auctorem huius inscriptionis, in qua de Cornelio Celso agitur, citat Gruterum, *pag. CCCXV.* quum citare debuisset *pag. CCCLXXXXV.*; in sexto versu adoptato apographo Gruteri scripsit POS, quum in Grutero legatur COS.: exactius certe Finestresius in commentariis ad hanc inscriptionem *Clas. V. num.* 4. „ In Sylloge Gruteriana, inquit, legitur COS, quod „ Fabrettus recte delere iubet, ac reponere POS „ h. e. posuit. " Sed res est nihili: quamquam nihil praetermittendum videtur in lynceo homine, qui totus oculeus fuit in aliorum peccatis inquirendis. Nos vero quoniam in volumine vicesimo quarto tam multa occurrunt in hoc genere menda, ne tertio quoque verbo Lectorem monere debeamus, quod et nimis fastidiosum esset, et cursum institutae orationis saepissime frangeret; plaustra huiusmodi erratorum in hoc loco dabimus: ut qui ad (z) nauseam usque inculcat Finestresii incuriam in edendis monumentis; videns in vestibulo operis ante oculos positam indiligentiam suam, fastigium criticum superciliumque demittat.

COR-

(z) *Cap.XVII.* Florez. *num.*43.: *Finestres omitió las primeras notas de la Provincia dedicante. Cap. XVIIII. num.* 29.: *Finestres no puso punto entre la segunda i tercera letra del tercer renglon: omitiendo tambien el primero de D.M.... i trocó el pronombre de Marco en Lucio.* Eod. *cap. num.*

CORRIGENDA IN VOLVMINE XXIIII. FLOREZII.

Pag.	*Col.*	*Lin.*		*Leg.*
20.	1.	2.	CCCXV.	CCCLXXXXV.
94.		3.	POTES.	POTEST.
95.	1.	22.	INCLYTO	INCLITO
105.	1.	21.	PROC.	ROC.
107.	1.	27.	PR.	PROC.
112.	2.	26.	NONO	HONO
135.	1.	28.	FRONTONO	FRONTONI
147.	2.	26.	HONOREM	HONOR
147.	2.	29.	OBSIANA	OBSTANA
150.	2.	11.	AVRELIVS.	AVREL.
162.	1.	11.	AVFIDIO.	AVFIDIVS.
163.	1.	15.	CCCCIIII. 4.	CCCCIIII. 3.
164.	2.	9.	SENIO.	SAENIO.
173.	1.	7.	COHORT.	CHORT.
173.	1.	29.	*Pompelonensi*	*Pompaelonensi*
178.	1.	31.	FLAVINAE	FLAVINE
181.	1.	8.	CIT	C. IT
199.	2.	15.	AVGVSTAL	AVGVSTALI
206.	1.	17.	IVDICAN	IVDICAND

Pag.

---

*num.*41. : *Finestres erró el quinto renglon, poniendo Pomponius donde Apiano, i Grutero Pompeius. Cap.XX. num.*50. : *Finestres la duplica* (litteram F) *sin alegar motivo. Cap.XX. num.*62. : *Finestres caió en el ierro de citar a Muratori para lo que solo es de Grutero. Cap.XXIIII. n.*16. : *Finestres la imprimió sin indicio de quiebras. Cap.XXV. num.*56. : *Omitió Finestres el* EX. Eod. *cap. num.*84. : *Finestres pag.*238. *no dió a entender defecto en la piedra.* Id ipsum crepat Historicus *cap. XX. num.* 16. *cap. XXIIII. num.* 9. 13. 28. 31. *cap. XXV. num.* 10. 17. 31. 62. 94. 97. Haec omnia in suis quaeque locis examinabuntur : hic indicantur unice, ut nemo nos importunitatis accuset, sed coactos videat a Florezio in hoc argumentum descendisse : ut accusatam saepissime Finestresii industriam, si non tueri atque defendere in omnibus locis, excusatam tamen atque venia dignam iudicare possimus ex Florezii lapsibus.

Pag. 208. omnes litterae a, quae occurrunt in inscriptione allata in hac pagina, exprimendae erant littera graeca, quod quum rem tamquam peculiari animadversione dignam adnotaverit, et expresserit Florezius in alia inscriptione, quam affert *cap. XXV. num.* 50.; nesio cur id ipsum in hoc loco praetermiserit.

Pag.	*Col.*	*Lin.*		*Leg.*
209.	2.	22.	AEDILICIIS.	AEDILICIS.
210.	1.	25.	PATRI	FRATRI
215.	2.	15.	CCCCV.	CCCCXV.
252.	1.	8.	FLAM.	FLAMIN.
Ibid.	2.	2.	F.	FIL.
253.	2.	15.	IN. REP.	IN. RE. P.
258.	2.	25.	ESTVD	ESTD
262.	2.	29.	OMNIBVS.	OMNIB.
265.	2.	26.	AMETHISTO	AMETHYSTO
265.	2.	29.	OMNIBVS.	OMNIB.
Ibid.	2.	30.	REBVS.PVBLICIS.	REB.PVBLIC.
273.	1.	18.	SEMPER	SEMPR.
275.	1.	*ult.*	FACIVND.	FACIEND.
285.	2.	18.	CCCCXXXXVII.	CCCCXXXXVI.
289.	2.	15.	MANVS	MANS
291.	2.	7.	PISAVRIENSI	PISAVRENSI
297.	1.	7.	QVI.	Q.
313.	1.	21.	DCCXVIIII.	DCCXXVIIII.
314.	1.	33.	CELSIA	CELSA
315.	2.	20.	TERTVLIANAE	TERTVLLIANAE

322.	1.	3.	NVMMIVS	MVMMIVS
324.	1.	*ult.*	POSSVIT	POSVIT
331.	2.	31.	BREV	BREVC
Ibid.	2.	*ult.*	AGNOTHE	AGONOTHE

ADDENDA IN INSCRIPTIONIBVS ALIQVA, quae Florezius praetermisit.

Pag. 110. post versum septimum inscriptionis interpunctionibus est indicanda erasa linea: alia etiam linea hoc modo notanda est in fine primae inscriptionis *pag.* 248.; et duae praeterea in fine alterius, quam affert *pag.* 330.. Insuper in *pag.* 312. omisit in inscriptione, quae est in *num.* 37., primam lineam, in qua legitur apud Gruterum, quem citat, D.M: deinde in linea 3. post ANN. XXXIIII. ponere debebat M. VIII.: in *pag.* 318. *num.* 57. omisit quintum versiculum: PRIMVS. ET. LICINIANA *In pag.* 325. *num.* 84. integram etiam lineam omisit, quae post illud SIMAE tertii versus hoc modo reponenda est: ET. PIENTISSIMAE. In *pag.* 329. inscriptioni, quae ibi affertur, adiungendum est in linea 11. quod partem 11. et 12. versus comprehendat: DVLCISSIME. CONIVNX. LACHRIMAE.

Quoniam vero multis in locis videbis affectatam industriam Florezii maioribus characteribus efformantis aliquas litteras, quae vim simplicis, non geminatae litterae habent, veluti in *pag.* 216.293.311.325.331. et saepe alibi; miraberis profecto, non fuisse in hoc describendo accuratissimum Historicum. Primum enim in *pag.* 326. duas posuit litteras aliis eminen-

E tiores,

tiores, ubi nulla esse debuit, nisi aequalis. Praeterea non intelligo, cur id tam multis in locis fecerit, idemque in sexcentis aliis praetermiserit: ut videre poteris, si cum Grutero conferas inscriptiones, quas affert Historicus *cap. III. num.* 9. *et* 21. *cap. XIIII. num.* 4. *cap. XVII. num.* 10. *et* 43. *cap. XX. num.* 7. 23. 26. 28. *cap. XXII. num.* 9. 26 29. *cap. XXIII. num.* 2. 4. *cap. XXIIII. num.* 7. 29. *cap. XXV. num.* 13. 68. Saepissime etiam Florezius in aliquibus verbis et numeris superimpositam (*a*) lineolam expressit, sed id ipsum in infinitis locis omisit. Non est otium singula persequi, et quae hucusque retulimus, satis superque sunt ad id, quod volumus, demonstrandum.

FI-

(*a*) Quum errata Florezii propono emendanda ex Grutero, et deinceps in toto hoc opusculo Gruterum cito; antiquam huius auctoris editionem intelligo, quae ex officina Commeliniana auspiciis Iosephi Scaligeri, et Marci Velseri prodiit: mihi enim non licuit videre novam, quae curante Georgio Graevio Amstelodami facta est anno 1707. Sed nullus dubito, quin hae duae editiones in hac parte conveniant: aliter enim Florezius, (quem citantem Gruterum ex ipso auctore propono corrigendum in his locis, qui a me tamquam depravati exhibentur) non recte citaret solo, simpliciterque posito Gruteri nomine: praesertim, quum ipse Florezius, si qua solet esse inter unam et alteram editionem variatio; id non desinat, ut aequum est, admonere, ut videre licet ex *Cap. XVII. num.* 30. ubi ait: *Pusola Grutero mal copiada..... pero al margen de la segunda la corrigió Grevio en esta forma.* Eod. *cap. num.* 55.: *La edicion de Grutero con Grevio omite el Reburro. Cap. XVIIII. num.* 47.: *Dos Maestros constan en una inscripcion de Grutero..... en que la edicion de Grevio pone algunas variantes. Cap. XXIIII. num.* 22.: *La nueva edicion de Crevio corrigió.* Id ipsum videre licet ex eodem *Cap. XXIIII. num.* 27. *et* 42. aliisque locis eiusdem voluminis XXIII. Hispaniae Sacrae.

FINESTRESIVS VINDICATVS a cap. X. volum. XXIIII. Hisp. Sacr.

NVnc ego propius accedens ad res amotas a Finestresio vindicandas, opportunum iudico in medium adducere locum Florezii, ex quo et intelliges, quam nulla praetermittatur ansa, immo quam libenter, et avidissime ab hoc auctore arripiatur occasio vellicandi Finestresium; et simul quanto nos potiori iure agentes ex edicto *Quod quisque iuris in alterum statuerit*, par pari referamus, quod Florezium remordeat. Quum in *cap. XXV. num.* 90. posuisset Florezius inscriptionem dedicatam cuidam Veneri Latinillae, postea subiungit „ Añade (Muratorius) que acaso la voz de *Veneri* no denota nombre de la muger, sino afecto amatorio, o adulatorio del marido. Finestres pag. 264. escribió lo mismo, sin atribuirlo a Muratori. Videamus nunc, quid sibi sumpserit Florezius ex opere Finestresii, quod tamen auctori non (*b*) tribuat. Vtriusque autem commentarii passim adscribentur simpliciter, ne *inquit* et *ait* saepius interponatur. Florezius *cap. X. num.* 16.

 IMP.

(*b*) Videre iam videor Florezium, aliosque, qui cum Florezio sentiant, nescio quid ieiunum, frigidum, puerile, atque etiam insulsum in his locis reperturos. Dicent enim multa commemorari minutissima quidem ac valde levia, quorum nullus citandus erat auctor, quum sensum haberent apertum et unicuique obvium: quibus ego hominibus hac complexione occurram. Si Florezius putabat haec adeo plana et expedita esse, cur ea notabat in commentariis, quum non essent animadversione digna? prae-

IMP. CAES. MAR. AVREL
VAL. MAXIMIANO. P. F. IMP. AVG
PONT. MAX. TRIB. POTEST. II. CONS
II. PROCONS
POSTVM. LVPERCVS. V. PERF
PRAES. PROV. HISP. CITER
DEVOTVS. NVMINI
MAIESTATIQ
EORVM

num. 17. „ Algunos aplican esta dedicacion al Em-
„ perador *Maximino*: pero debe reconocerse propria
„ de Maximiano, no solo por los nombres de *Marco*
„ *Aurelio Valerio*, que no corresponden a Maximi-
„ no, sino por el consulado II., pues Maximiano, i
„ no Maximino, tuvo segundo consulado en el año
„ de 288. de Christo, al qual, o al siguiente, en que
„ todavia no tenia titulo de consul tercera vez sino
„ II., corresponde la dedicacion. En algunas copias
„ fal-

praecipue quum deflectere deberet a cursu Historiae, quem non facile relinquere debuisset; et quum non ignoraret, Iosephum Finestresium hanc provinciam multo ante occupavisse: sin illa non videntur esse contemnenda, cur non tribuuntur auctori, in quo iam reperiebantur antea quam volumen XXIIII. in vulgus emitteretur a Florezio? Deinde Lectorem rogo, ut commentarios videat Florezii in inscriptiones, quas affert *num.* 16. *pag.* 106. *num.* 21. *pag.* 107. *num.* 26. *pag.* 109. *capitis XI. num.* 45. 53. *cap. XVII. num.* 26. 44. 54. 56. *cap. XX. num.* 22. *cap. XXI. num.* 17. 24. 34. 36. *cap. XXIIII.*, eosque cum Finestresianis nobiscum conferat; illiusque iudicio relinquo, ut pronunciet, an sint ita levia et contemnenda, quae nos actione rerum amotarum repetimus. Sed iam utcumque fuerit, eodem iure, quo Florezius animadvertit, Primarium Emeritum non tribuisse Muratorio levissimam illam opinationem de Venere Latinilla; nos similia ex Florezio adnotabimus.

„ falta el primer renglon, i la diccion *VAL* primera
„ del segundo, pudiendose creer, que hubiese mas,
„ pues acaba en plural EORVM, que corresponden
„ a los dos Augustos Diocleciano; y Maximiano...,
„ La presente (piedra) no tenia integridad en tiempo
„ de Carbonell, citado por Pujades *fol.* 195.; por
„ esto, i por corta ciencia de Antiguedades leie-
„ ron despues de LVPERCVS en el quinto renglon
„ VLERE, i. otros VLERF, como que Luperco se
„ apellidaba VLERE, o como que se decia *Valerii* o
„ *Valeriani* filius, todo mui ageno de la practica
„ antigua, en que los Presidentes no omitian su dic-
„ tado de *Vir clarissimus* o *Perfectissimus.* Finestre-
sius ad hanc inscriptionem 38. *Clas. II.* „ Cl. Vir Ant.
„ Muratorius ex M. S. Vaticano legit *Maximino*, ut
„ et Puiades: sed meo iudicio recta est lectio, quam
„ alii exhibent, Maximiano, huic enim non Maxi-
„ mino quadrant nomina *Marci*, *Aurelii*, *Valerii*,
„ quae Maximiano tribuunt marmora, nummi, et an-
„ tiqua monumenta, non inquam Maximino, qui
„ non *Marcus*, sed *Caius* dicitur. Pertinet autem
„ haec inscriptio ad an. Chr. 288. in quem incidit
„ Maximiani secundus Consulatus...... Postumius
„ Lupercus V. PERF habet nostrum marmor, sed
„ apud Muratorium legitur *Valeriani filius*: verum
„ nihil mutandum censeo, nam dignitate Perfectis-
„ simatus potiebantur Praesides seu Rectores Pro-
„ vinciarum *Leg.* 4. *Cod. Theod. de Poenis Leg.* 5. *eod.*
„ *Cod. de Decurion.* adeo ut passim in iure nostro *Viri*
„ *Perfectissimi* audiant..... At si quis cum Murato-
„ rio legere malit VALER. F *Valeriani filius*, non re-

„ pu-

„ pugnabo, quum haec lectio propius accedat pro-
„ ductae a Puiadesio, qui edidit VLERE., inepte ta-
„ men credens VLERE esse cognomen Postumii Lu-
„ perci..... Dicitur idem *Devotus Numini Maiesta-*
„ *tique Eorum*, quod nisi mendum sit sculptoris, vel
„ descriptoris, indicat non uni Maximiano dicatam
„ inscriptionem. Sane quum in ea desiderari primum
„ versum.... notet Gruterus, idemque desit pariter
„ in nostris Carbonello et Puiadesio...... verisimile
„ est, non soli Maximiano, sed et eius collegae
„ Diocletiano dicatam fuisse." *Lo mismo escribió el Rmo P. M. Florez, sin atribuirlo a Finestres.* Omnia enim hic (excepta levi animadversione de anno inscriptionis, qui potuit esse 288. et 289.) inter se collata omnino conveniunt, nisi quod Florezius plus iusto severior esse videtur in eos, qui non dedignantur legere *Valeriani filius*, cum quibus mitissime, ut sui moris est, agit Finestresius.

In eodem *cap. num.* 19. aliam affert inscriptionem Historicus Constantio nobilissimo ac fortissimo Caesari consecratam, quam negare nolumus (*c*) fuisse positam an. 292. vel an. 293.: est enim in promptu ratio, quae non multis ambagibus, nec longa circuitione eget. Videlicet calendis Martiis an. 292. a Diocletiano, quum prope Nicomediam esset, renun-

(*c*) Et tamen id negare possemus. Quod enim dicitur ann. 292. renunciatum fuisse Caesarem Constantium Chlorum, non ita exploratum est, ut indicat Historicus. Id videre licet ex adnotatione *XI. ad tom.* 4. Tillemontii *Histoire des Empereurs*; ex quo loco constat creationem huius Caesaris referri ad ann. 291. a Vallesio, Petavio, et Eminentissimo Norisio, qui ex Idatio id adstruunt. Quorum si vellemus amplecti doctissimorum hominum sententiam; opinio Florezii, quae nunc est omnino incerta, mera hariolatio esset.

nunciatus fuit Caesar Constantius Chlorus, qui an. 294. Consul fuit cum Galerio Maximiano: superest ergo, ut inscriptio, quae Consulatus non meminit, et titulum praefert nobilissimi Caesaris, posita fuerit eo tempore, quod a creato Caesare ad creatum Consulem intercedit. Quae quum maneant in caussa, attende, quod Florezius ait num. 20. „ Finestres previene, que no consta el año de esta dedicacion. „ Io la pongo en el 293. esto es despues del 292. „ en que a 1. de Marzo declaró Diocleciano a Constancio Chloro *Caesar* junto a Nicomedia, cuia „ notable distancia de España hace mas probable colocar la piedra en el año siguiente de 293. que en „ el de 92. para dar lugar a que se divulgase i llegase con seguridad la noticia, i pudiese el Presidente de Tarragona intitular a Constancio *Cesar* „ (como le intitula) i gravar el marmol de la memoria. Sabese por ella que fue antes del 294. porque en este fue *Consul*, i no lo era al tiempo de erigir el monumento. Por tanto corresponde al año „ 293. en que era César, i no Consul." Vt multum Nicomedia distet ab ultimis, quas nos incolimus, Occidentis oris; tamen in spatio novem mensium, qui intercedunt a Calendis Martiis an. 292. usque ad Calendas Ianuarii an. 293. satis superque temporis erat, ut nuncius per tabellarios (*d*) et cursores publicos

(*d*) Nemo nescit quam ab antiquissimis temporibus, et quam opportune essent omnia in Orbe Romano constituta, ut celeriter cognosci posset, quid in unaquaque Imperii parte ageretur. Caes. *lib. III. de Bell. Civ.* ait: *Nisi nuncii de victoria Caesaris per dispositos equites essent allati.* Suet. in *Aug. cap.* 49. *Quo celerius cognosci posset quid in quaque provincia*

cos perferretur: quin et opportuno iam tunc ad navigandum mari potuit multo citius pervenire ad Badium Macrinum, qui uti Praeses Provinciae Hispaniae Tarraconensis debebat statim fieri certior omnium rerum, quae ad Imperatorem et Imperium pertinebant. Quid? quod vero simile est, provinciae Tarraconensis Praesidem, ut plauderet renunciationi ab Imperatore factae, et gratum animum ostenderet Constancio Chloro, quem destinatum imperio videbat, hoc monumentum erexisse statim ab accepta notitia, atque adeo an. 292. Interea tamen nec probo, nec improbo Florezii coniecturam: sed támen mihi certum est cum Finestresio, non constare, quo anno dedicata fuit praesens inscriptio. In interpretatione siglorum V. P. P. P. H. T. quae in hac inscriptione occurrunt, nihil affert Florezius, quod a Finestresio discrepet, ut videre est *Clas. II. num.* 36.

In *num.* 27. huius *cap. X.* abstinere certe potuisset Historicus acriori, quo utitur verbo, dum ait: „ pues aunque Finestres en su Coleccion de las de „ Cataluña pone una de Arcadio i Honorio citando „ a Grutero *pag. MXVIIII.* 8., consta haberse equi- „ vocado en reducir a Tarragona la inscripcion, que „ es de *Terracina*, ciudad de Italia, como propone „ la nueva edicion de Grutero con Sirmondo i Fa- „ bretti, que la reconocieron. “ Nam etsi opera Sir-

---

vincia gereretur, iuvenes primo modicis intervallis per militares vias, dein vehicula disposuit. AElius Verus narrante Spartiano cursoribus suis et tabellariis propter celeritatem incredibilem, ventorum nomina accommodabat, Boream alium, alium Nothum appellans. Videndi super hac re tit. in Codicibus Theodosiano, et Iustinianaeo de *Cursu pub. Angar. et Parang.* et Bulengerus *de Imp. Rom. lib. VI. a cap.* 27. *ad* 40.

Sirmondi et Fabretti retectus sit error, tamen in Finestresio, qui facem praeferente Grutero Tarraconi tribuit marmor Arcadii et Honorii, nihil sane video, quod merito reprehendi possit. Non omnia possumus omnes: et in huiusmodi rebus, in quibus facti controversia est, multa deprehendent posteri, quae latuerunt antiquos, quos non propterea recte dixeris fuisse deceptos.

FINESTRESIVS VINDICATVS a cap. XI. volum. XXIIII. Hisp. Sacr.

NEglectum et contemptum a Finestresio ordinem conqueritur Florezius *cap. XI. num.* 10.: sed huic crimini satis, ut arbitror, responsum est in vestibulo huius operis. Nunc ad alia veniamus. In *num.* 11. hanc ponit inscriptionem

Q. AEL. IANVARIO.......
. ROC. HEREDITAT.......
PROC. CHOSDROE........
SYRIAE. COELES..........
...VECT. ILLYRIC. PRAES
PROV. HISPA. CITE
RIORIS. TARR. PRAE
SIDI. PROV. TING. PRAE
SIDI. PROV. MAV.........
....

 „ Sabe-

„ Sabese que *Quinto Aelio Ianuario* fue Procurador
„ de las Herencias, Procurador de la Chosdroena,
„ Siria, Celesiria, i de las Alcavalas del Ilirico, *Pre-*
„ *sidente de la España Citerior Tarraconense*, de la
„ Tingitana, i Mauritania: pero falta el dedicante,
„ que le erigió la memoria. En el segundo renglon
„ omitieron la primera letra, que sin duda era P.
(quam tamen advertes inconsultum posuisse Florezium) Haec omnia reperies in commentariis Finestresii ad hanc inscriptionem *num.* 4. *Clas. IIII.*
„ Q. Aelius Ianuarius dicitur ROC, addendum sine
„ dubio P. ut sit PROC*urator* Hereditatum..... se-
„ quitur *Proc. Chosdroe*, scilicet *Procurator Chosdroe-*
„ *nae*..... hic occurrit lacuna, in qua proculdubio
„ scriptum erat PROC, nempe SYRIAE.COELES. et
„ postea PROC. VECT. ILLYRIC. hoc est *Procura-*
„ *tor Vectigalium Illyrici*, et statim Praesidi Hispa-
„ niae Citerioris Tarraconensis; Praesidi provinciae
„ Tingitanae; Praesidi provinciae MAV., hoc est
„ *Mauritaniae*. Deinde Historicus, ut meritam debitamque gratiam referat Finestresio, cuius interpretationem dissimulato auctoris nomine, ut solet, in proprios usus convertit, haec addit *num.* 12. „ Q.
„ Aelio se dice Presidente de la Provincia de la Es-
„ paña Citerior Tarraconense: i de aqui infirió Fi-
„ nestres *pag.* 141. *Provinciam Tarraconensem iam*
„ *decerptam ab Hispania Citeriori eius fuisse partem.*
„ Io no entiendo esto: porque si estaba apartada, no
„ era parte: ni se prueba, que la piedra se erigiese
„ despues de Constantino, en cuio imperio fue par-
„ tida la Citerior. Io no hallo mas misterio en la ex-

„ pre-

„ presion de *Citerior Tarraconense*, que haberlo que-
„ rido individuar asi el autor de la memoria: pues
„ (como dijo Plinio lib. 3. cap. 1.) *Citerior eademque*
„ *Tarraconensis*, i à ese modo juntaron aqui uno i
„ otro." Enodatius igitur explicabimus, quod presse et anguste dictum noluit intelligere Florezius. Nemo nescit, Constantini aevo tripartitam Hispaniam Tarraconensem, coangustatosque fuisse limites huius provinciae, quae antea latissime in Gallaeciam usque et Chartaginem dominabatur. Facta hac partitione, ubi antea erat unica provincia, triplex mansit, Gallaecia scilicet, Carthaginiensis, et Tarraconensis: haec provincia Tarraconensis hoc potissimum tempore separata fuit (non enim mansit eadem) et decerpta ab ea provincia, quae solo nomine Hispaniae Citerioris antea veniebat: et tamen, ut nemo non videt, fuit pars istius provinciae Citerioris, hoc est comprehendit tractum, qui continebatur in provincia Citeriori, quae olim et Gallaeciam, et Carthaginiensem provinciam complectebatur. Dicam si potero planius, et pressius ad rem nostram. Haec, quam nos incolimus, provincia Tarraconensis, tempore Constantini decerpta fuit aut separata ab Hispania Citeriori, quia Hispania Citerior divissa fuit in partes tres, quarum alia Gallaecia, alia Carthaginiensis, altera Tarraconensis fuit, in quo omnes (*e*) Geographi consentiunt: igitur haec provincia Tarraconensis fuit pars Hispaniae Citerioris: aliter non intelligo, quo pacto potuit Hispania Citerior triparti-

 ri.

(*e*) Vide cum omnes Geographos tum ipsum Florezium de hac provinciarum divisione agentem *tom. V. cap. I.*

ri. Maneat ergo, quod Finestresius ait, *provinciam Tarraconensem decerptam ab Hispania Citeriori eius fuisse partem.*

Haec quum fixa sint et immota, veniamus ad Finestresii coniecturam. Infinitae sunt in Catalaunia inscriptiones, in quibus mentio fit Hispaniae Citerioris, ut videre licet in *Clas. II.* Finestresii *num.* 18. 21. 31. 32. 33. 34. 36. 37. 38. *Clas. III. num.* 1. 2. 3. 4. *et a num.* 6. *ad num.* 23. *a* 25. *ad* 27. *et a* 31. *ad* 34. 39. 53. 56. 63. 65. 68. 69. 70. 74. *Clas. IIII. num.* 1. 2. 3. 5. 8. 42. Omnia haec monumenta referenda sunt ad tempora anteriora Constantino, quoniam Florezius in *cap. X. num.* 17. (a quo non multum discrepat Finestresius in prologo) finem inscriptionum Romanarum in Catalaunia posuit sub Constantini aetatem. In his fere semper exibetur *Hispania Citerior*, rarissime *Tarraconensis*, nusquam quod sciam, *Hispania Citerior Tarraconensis.* Ergo quum in inscriptione, quae in praesentem disputationem cadit, dicatur Q. Aelius Ianuarius Praeses provinciae *Hispaniae Citerioris Tarraconensis*; non erit absurdum coniicere, fuisse positam post Constantinum, quia quae supersunt monumenta ante istius aetatem hanc provinciam Hispaniam Citeriorem appellant, aut Hispaniam Tarraconensem.

Atque ut eumdem locum diutius urgeam, postulabo ego, (sicut Geometrae solent) ut mihi concedatur aliquid, quo facilius id, quod velim, explicem. Constituamus, aliquod monumentum post Constantini aevum huius provinciae Praesidi collocandum fuisse. Praefixo titulo Praesidis Hispaniae Citerioris, aut

Hi-

Hispaniae Tarraconensis, periculum erat, ne deciperentur posteri, qui videntes hoc titulo insignitos omnes, qui ante Constantinum fuerunt, hunc ad illa tempora retulissent: restabat igitur, ut ipsum appellassent Praesidem Hispaniae Citerioris Tarraconensis, ne provincia confunderetur cum antiqua, quae solo nomine Citerioris veniebat, ut manifestum est, et aliquando solo nomine Tarraconensis, ut videre licet in *Clas. II.* Finestr. *num.* 21. 36. 37. Quod autem addit Florezius: „ ni se prueba, que la piedra „ se erigiese despues de Constantino Magno, en cuio „ imperio fue partida la Citerior " revolvitur eodem: nam id ipsum quaerimus, et hoc ex proposita coniectura colligere volumus. Ego igitur sic iudico, et animum induco meum. Post Constantinum triplex fuit Hispania Citerior: Citerior Gallaecia, Citerior Cartaginiensis, Citerior Tarraconensis. Quum in nostro marmore occurrat Hispania Citerior Tarraconensis, vero simile est, referendum esse ad tempus, quod antea indicavimus: nam antiquiori aetate solum nomen Tarraconensis, aut solum nomen Citerioris satis superque fuisset.

Sed de his iam satis: nunc veniamus ad inscriptionem positam *num.* 16. *pag.* 106. (*f*) quam, ut affirmet Florezius a se descriptam, in multis tamen audebo dicere (*g*) vitiosam esse. Primum enim non video, cur

(*f*) Citandae sunt in hoc loco paginae, quia post num. 17. legitur in Florezio num. 8. et deinceps sequentes, in quo faciliter labi et perturbari possemus.

(*g*) Si mihi Florezius affirmate diceret, legi CAPADOCIÆ, non CAPPADOCIAE; ALEXANDRIANAE, non ALEXANDRINAE, exsi-

cur verbum *Cappadociae* scribendum sit unico P, nec satis intelligo, cur expresserit huius verbi diphtongum nexu illo Æ fere numquam in inscriptionibus Romanis, rarissime in nummis usitato. Praeterea Legionem VII. ab Alexandro derivat Alexandrianam, non Alexandrinam contra Latinorum usum. Sequar igitur in descriptione huius marmoris Iosephum Finestresium, cuius apographum consentit cum Antiquitate, cum Grutero, cum ratione, cum exemplo non multis ab hinc annis ad Finestresium transmisso, quod ita habet in *Clas. IIII. num.* 3.

Q. ATRIO. CLONIO.
LEG. AVG. PR. PR
PROVINCIARVM
THRACIAE. CAPPADOCIAE
SYRIAE. MAIORIS
HISPANIAE. CITERIO
CLAVDIVS. IVSTVS
7. LEG. VII. GEMIN. P. F
SEVERIANAE. ALEXANDRINAE
PRAESIDI. ABSTI
NENTISSIMO

„ Este

exsibilandus essem, si Florezio non crederem: nunc vero aliquam in describendo, aut in edendo suspicor incuriam, quod magis adducor, ut credam, quum video haec minime adnotari in subiecto commentario, quae non videbantur esse praetereunda a Florezio. Post absolutum iam, et praelo paratum hoc opusculum me admonet eruditissimus quidam et doctissimus vir Canonicus Tarraconensis CAPPADOCIAE quidem legi, non CAPADOCIÆ; verbum autem ALEXANDRINAE erasis iam et evanescentibus litteris distincte legi non posse, inter tamen fugientes litteras I. et N. nonnihil spatii esse, in quo forte fuit littera A., quamquam id certo affirmari non possit.

„ Este Q. Atrio Clonio (inquit Florezius) fue Legado
„ Augustal, Propretor de Thracia, Capadocia, Siria
„ maior, i de la España Citerior. Floreció en tiempo
„ de Severo i Antonino, cuia es la carta mencionada
„ por Ulpiano *L.7. Digest. de Suspect. Tut.* donde los
„ doctos han corregido ia el nombre de *Atrio Culo-*
„ *nio* en *Clonio*, como le nombra esta piedra. Iam vide quam haec omnino consentiant cum Finestresio, qui ait. „ Hunc virum in hoc marmore appellari Q.
„ Atrium Clonium, non *Arrium*, non *Culonium*, ut
„ quidam scripsere, eruditissimus amicus meus in-
„ specto diligenter lapide mecum communicavit.
„ Qui Culonium appellarunt, forte decepti sunt ex
„ *L. 7. Impuberibus de Suspect. Tutor.* in qua mentio
„ fit epistolae D. Severi ad *Atrium Culonium*; sed
„ hoc potius emendandum ex nostro lapide, et repo-
„ nendum *Atrium Clonium* censuit A. Augustinus *de*
„ *Nomin. propr. Pandect....* Quum vero dubitandum
„ non sit, nostrum Clonium eumdem esse cum me-
„ morato in d. *L.* 7. hoc ex ista colligimus, floruisse
„ sub D. Severo, atque huius Legatum dici. Praete-
„ rea docet inscriptio fuisse pro Praetore provincia-
„ rum Thraciae, Cappadociae, Syriae maioris, et
„ Hispaniae Citerioris." Sed haec omittamus: festinat enim animus ad *num.* 21. *pag.* 107. in quo erit operae pretium Florezium cum Finestresio conferre. Exhibetur hic inscriptio, quae tametsi longa ponenda primum ante oculos est, ut id, quod quaerimus, magis eluceat.

* TI. IVL T. C L.* C A N D I D O. C O S
X V. V I R. S. F. L E G. A V G G
PR. PR. PROVINC. H. C
ET. IN. EA. DVCI. TERRA. MARIQVE
ADVERSVS. REBELLES. H. H. P. R.
ITEM. ASIAE. ITEM. NORICAE
DVCI. EXERCITVS. ILLYRICI
EXPEDITIONE. ASIANA. ITEM. PARTHICA
ITEM. GALLICA. LOGISTAE. CIVITATIS
SPLENDIDISSIMAE. NICOMEDIENSIVM
ITEM. EPHESIORVM. LEG. PR. PR. PROVINC
ASIAE. CVR. CIVITATIS. TEANENSIVM
ALLECTO. INTER. PRAETORIOS. ITEM
TRIBVNITIOS. PROC. XX. HERED. PER
GALLIAS. LVGDVNENSEM. ET BEL
GICAM. ET. VTRAMQVE. GERMANIAM
PRAEPOSITO. COPIARVM. EXPEDITI
ONIS. GERMANICAE. SECVNDAE
TRIB. MIL. LEG. II. AVG. PRAEFECTO
COHORTIS. SECVNDAE. CIVIVM
ROMANORVM
SILIVS. HOSPES. HASTATVS. LEG. X
GEMINAE.STRATOR.EIVS.OPTIMO.PRAESIDI

Florezius explicans hanc inscriptionem *num.* 22. ait : „ La primera linea, que parece mas clara, es la „ mas digna de notar, porque Apiano *pag.* XIII. „ imprimió M. PORCIO. CATONI. Morales en el „ cap. de *Tarragona* omitió aquel renglon. El mo- „ tivo es por hallarse borrado como de intento, i „ exa-

„ examinando los vestigios Schoto copió T. CL.
„ CANDIDO. COS. Esto parece lo mas verosimil:
„ pero todavia puede dudarse, si en lugar de T. CL.
„ esculpieron TI. IVL., que no distan mucho; i en
„ linea borrada es facil leer uno por otro. El moti-
„ vo de la duda es, porque en el año de 105. de
„ Christo nos dan los Fastos a TI. IVL. CANDI-
„ DO. II. con *Quadrato*: i el ver aqui a Candido
„ con el Consulado (COS) dan a entender, que la
„ piedra habla del mismo de los Fastos: i este no
„ fue T. CL., sino TI. IVL. Candido. Por tanto el
„ que admita CANDIDO. COS. debe leer *Tiberio*
„ *Iulio* Candido, no *Tito* Claudio. Los empleos,
„ que tuvo, fueron Quindecemvir Sacris Faciundis,
„ Legado de los Augustos, Propretor de la Tarraco-
„ nense, i Capitan en ella de mar, i tierra contra los
„ enemigos rebeldes al Pueblo Romano (pues con P.
„ i R acaba el quinto renglon en la piedra reconoci-
„ da, no con dos P. P, como en Grutero) i esta pa-
„ rece expresion de vigilancia i precaucion, mas que
„ de necesidad: porque en los tiempos cercanos al
„ Consulado de Candido no se oie ninguna revolu-
„ cion por mar, ni por tierra en toda la España Cite-
„ rior....... Los demas empleos de Candido son
„ conocidos: la voz *Logista* es lo mismo que Cura-
„ dor: la de *Strator* tiene varias significaciones: al
„ caso hacen las del que aiuda a montar en el cava-
„ llo: i el que cuida de los Militares presos, o me-
„ jor, del que asiste al Magistrado para quanto se
„ le ofrece.

Audi nunc Finestresium in commentariis ad eam-

dem inscriptionem, quam reperies *Clas. IIII. num. 6.*
„ Primam lineam quasi data opera erasam notavit
„ Verderius, quae caussa esse potuit, cur nonnulli le-
„ gerent *M. Portio. Catoni. Cos.* alii integrum ver-
„ sum omitterent. Posita longa haec inscriptio *T.*
„ *Cl. Candido*, quem non dubito fuisse *T. Iul. Can-*
„ *didum*, qui an. Christi 105. imperante Traiano
„ Consul fuit cum Iul. Quadrato II.: quamvis in scri-
„ ptura male conservata aliquis putaverit, se legere
„ CL. pro IVL. ex quo in alios error promanavit. Ne-
„ que enim alius fuit Consul *Titus Candidus* praeter
„ *Iulium*, cui non male quadrant, quae eidem in-
„ scriptio tribuit. Primo loco dicitur XV. VIR. h. e.
„ *Quindecemvir Sacris Faciundis*, de quo munere
„ dictum est alibi: mox Legatus Augustorum, nem-
„ pe ut existimo Traiani et Hadriani, ante cuius
„ imperium iam Consul fuerat, teste Aelio Spartia-
„ no in *Hadriano*...... Fuit deinde PR. PR. hoc
„ est: pro Praetore provinciae Hispaniae Citerioris,
„ in qua provincia dux etiam fuisse dicitur terra ma-
„ rique adversus rebelles hostes populi Romani: sic
„ enim interpretor siglas HH. P. R. nam P. R. non
„ P. P. lego in nupero apographo e Tarracone ad
„ me misso....... Non equidem invenio, illis tem-
„ poribus rebellasse Hispaniae provinciam adversus
„ Romanos: verum mihi persuadeo, paratas hos
„ semper habuisse copias ad continendas in officio
„ provincias, si quae forte res novas molirentur; at-
„ que huic muneri ducem fuisse constitutum T. Can-
„ didum, quemadmodum etiam in Asia, et Nori-
„ co..... Pergit lapis: *Logistae civitatis splendidissi-*

mae

„ *mae Nicomediensium*, *item Ephesinorum*, quae am-
„ bae civitates sunt in Asia minori.... Logistae grae-
„ cis Λογισταὶ dicuntur curatores Reipublicae *L. 3. Cod.*
„ *de Mod. Multar*....... Erat item Strator Candidi,
„ quem optimum Praesidem appellat, cuius officium
„ fuit, Praesidi adesse, ut in equum levaret, frenum-
„ que teneret.... vel potius ex eo genere Stratorum
„ erat, qui delinquentes militari custodiae traditos
„ diligenter servaret.... et Strator officii dicebatur,
„ quoniam ad magistratus apparitionem referebat....
„ alias Stratoris vocabulum ad varias significationes
„ aptatur." *Lo mismo escribió el R.mo P. M. Florez, sin atribuirlo a Finestres.* Quid? quod postquam verbum de verbo expressum extulit Historicus nec laudato, nec citato Finestresio, ut vides, litem huic intendit super interpretatione ultimorum verborum:
„ i aunque Finestrés (ait *num.* 24. *pag.* 108.) dice no
„ sabe de que Provincia era Presidente, debemos en-
„ tender el final de *Optimo Praesidi* de la España Ci-
„ terior," quo quidem in loco praeterire non possum, quod verissime M. Tullius in *L. III. de Leg. cap.* 10. pronunciavit: *sed est iniqua in omni re accusanda praetermissis bonis malorum enumeratio, vitiorumque selectio*, si tamen probabilius est, quod ibidem scripsit Florezius, eiusdem provinciae eumdem appellari Propraetorem et Praesidem de quo ampliandum censeo. In Florezio multa desiderabit Lector, quae ad intelligentiam pertinent huius lapidis: nihil enim dicitur de expeditione, in qua Ti. Iul. Candidus fuit Dux exercitus Illyrici: nihil de Procuratione vicesimae hereditatum; nihil de Praeto-

rio

rio et Tribunitio honore, quo decoratus fuit a Teanensibus: quae forte de industria praetermissa sunt, ut omissis aliis, aliis etiam refutatis, lateret occultior Finestresius.

Nunc vero progrediamur longius, et in *num.* 16. *pag.* 109. quam parum candide agat Florezius, certe deprehendes. Proponitur hic litteratus lapis L. Domitii Gallicani, qui ita habet

L. DOMITIO
GALLICANO
PAPINIANO. C. V
LEG. AVG. PR. PR
PROVINCIAE. GERMA
NIAE. INFERIORIS
LEG. AVG. PR. PR. P. H. C
LEG. AVG. PR. PR. DALMA
TIAE. COS. DE
DEVOTISSIMO. ET
INNOCENTISSIMO
AVREL. IVLIANVS
PATRONO. INCOM
PARABILI

Ad hunc lapidem Florezius. ,, En Grutero falta ,, despues de COS la DE, que damos al fin del ren- ,, glon nono, por quanto se halla en la piedra al fin ,, del renglon (como advierte Finestres) i denota ha- ,, ber sido este Domicio Gallicano Consul Designado, ,, aunque no conste llegase a ser Consul ordinario, ,, acaso por haberse interpuesto algun Emperador.

,, Tam-

„ Tambien es posible, que este DE abunde repetido
„ por la diccion siguiente, que empieza del mismo
„ modo: i pudo suceder, que como Domicio no consta
„ entre los Consules ordinarios le intitulasen Con-
„ sul, por haber sido sufecto, entrando en lugar de
„ otro, por lo que no suena en los Fastos, que prin-
„ cipalmente cuidan de los Consules ordinarios. El
„ dedicante *Aurelio Iuliano* era Cliente de Domicio;
„ i honrando a su Patrono, le erigió esta memo-
„ ria. " Quicumque hunc auctorem legat nulla fa-
cta collatione commentariorum, putabit ex his,
quae a me proxime descripta sunt, tantum pertinere
ad Finestresium, quod adnotaverit, in fine versicu-
li noni reperiri illud DE: nihil enim huic clarissi-
mo viro tribuitur amplius a Florezio, qui tam sol-
licitus est, ut suum cuique reddatur: et tamen Le-
ctor intelliget, non solum id, quod supra indicatum
est, animadvertisse Primarium Emeritum; sed ab
eodem cetera omnia fuisse occupata: ita enim lo-
quitur in commentariis ad hanc inscriptionem, quae
est in *Clas. IIII. num.* 5. „ Fuit etiam (hic L. Domi-
„ tius) COS. DE (sic enim finitur linea, et sequens
„ incipit *Devotiss.* in apographo ad me e Tarracone
„ transmisso) quo significaretur eumdem fuisse Con-
„ sulem designatum. Verum ut ut sit de lectione,
„ certe actu Consulem non fuisse apparet ex Fastis
„ Consularibus..... nec dici potest fuisse suffectum,
„ si designatus erat Consul: debuit enim esse postea
„ ordinarius. Fatendum tamen accidere potuisse, ut
„ rescissa fuerit Gallicani designatio propter dela-
„ tum Consulatum ordinarium alicui novo Imperato-

„ ri....

„ ri..... plane si abundaret τὸ DE (quod ex usu debuis-
„ set esse DES ut significaret *Designatum*) et reti-
„ neatur *Cos* nihil obstabit, ne dicamus fuisse Consu-
„ lem suffectum. Patrono dicat memoriam Aur. Iu-
„ lianus non quidem eius libertus, sed cliens, qui
„ eum sibi patronum elegerat, nam nihil quod li-
„ berti conditionem indicet, in lapide apparet. "
Excogitata haec omnia a Finestresio fuisse, animadvertere debuerat Historicus, ne quis eum suspicari posset, aliena pro suis voluisse venditare. Sed de hoc saepe alias erit dicendi locus.

Nunc accedamus ad *num.* 27. *pag.* 110. ubi ponitur haec inscriptio dedicata T. Flavio Titiano:

T. FLAVIO. TITIANO
___ LEG. AVGG
NN. PR. PR
C. V.
PROCONSVLI
PROV. AFRICAE
PRAESIDI
....
PROV. HISP
CITERIORIS
M. AVRELIVS
MODESTINVS

„ De este, ait Florezius, solo constan los titulos,
„ que asegura la piedra, no la persona, ni el tiempo.
„ Finestres le reduce al año 337. en que huvo un Ti-
„ tiano Consul: pero aquel ni se llamaba Flavio, ni
„ Tito,

„ Tito, sino Tiberio Fabio: el nuestro T. Flavio.
„ Otros Consules Titianos huvo en el 127. en el
„ 245. i en el 301. pero la misma variedad impide
„ hacer contraccion sin principio seguro, que deter-
„ mine." Primum de Titianis, qui Consules fuerunt ann. 127. et 301. nulla potest esse dubitatio: alter enim ex his a multis (b) Coelius, alter Postumius dicitur; neuter vero Titus, nec Tiberius ab ullo scriptore appellatur, cui aptari possit ullo modo prima littera T, quae in inscriptione legitur: horum igitur varietas remorari nos non debet, nec esse impedimento potest, ut innuit Florezius: ergo dubium non potest cadere nisi in Titianos, quorum alter Consul fuit ann. 245. alter ann. 337. : ultimo ex his tribuendum censet Tarraconensem lapidem Iosephus Finestresius, pro cuius sententia nolo ego vehementer contendere, tamquam si pro aris ac focis dimicaretur: quid enim certi in rebus tam incertis quaerere conemur? non possum tamen non breviter proponere, quo tendat Finestresii coniectura. Quum in nostro marmore occurrat Titianus, cui accommodantur sigla illa V. C. quae *Clarissimum* et *Consularem Virum* designare possunt, non videtur absurdum, interpretari *Consulari Viro*, quum quatuor sint in Fastis Consules, qui Titiani dicuntur. Hactenus bene habet, neque ab hoc videtur abhorrere Florezius, qui tantum ait, ipsam Titianorum varietatem nobis impedimento esse, quo minus iudicemus, ad quem haec inscriptio referenda sit. Ego autem puto extrudendos

(b) Vide Onuphrium Panvinium in Fastos Cos. et Tillemontium ad hos annos *Histoire des Empereurs*.

dendos esse tamquam ab hoc loco alienos Consules ann. 127. et 301. propter rationes, quas superius indicavi: restat igitur, ut constituamus, uter utri praeferendus sit ex Consulibus ann. 245. et 337. Quemcumque ex his velimus esse nostrum Titianum, fateri certe debemus, erratum fuisse nomen, positumque Flavium pro Fabio, quod non magnopere miror. Titianus, qui Consul fuit ann. 245. ab aliquibus, ut ait Tillemontius ad hunc annum, Tatianus appellatur: praeterea in multis et emendatissimis Fastis simpliciter dicitur Titianus nullo praenomine Titi, nec Tiberii: Consulem vero ann. 337. constanter (*i*) video ab omnibus Tiberium Fabium Titianum appellari. Iam si ita esset, pertinere potius videretur haec inscriptio ad Consulem ann. 337. quam ad alterum: facilior enim lapsus est marmorarii omittentis litteram I in TI, quam ex proprio cerebro ponentis litteram T, ubi nulla esse debuisset. Praeterea in diligentissimis scriptoribus, a quibus nihil praetermissum fuisse video, quod ad illustrandos Fastos Consulares pertinere possit, nulla mentio fit dignitatis, qua Titianus ann. 245. decoratus fuerit: contra autem video multas a Tillemontio memorari dignitates, ad quas Titianus ann. 337. evectus fuit: ait enim fuisse Proconsulem Asiae, Praefectum Vrbi et Galliarum, partesque postea Magnentii sequutum legatum fuisse missum ad Constantium, quae

(*i*) In Tillemontio Histoire des Empereurs ad ann. 337. haec leges adnotata. *Socrate lib. 1. cap. 4. et la Chronique d'Alexandrie pag. 668. l'appellent Tatien; ce que Mr. Du-Cange dit etre une faute condamnée par tous les fastes.*

quae fere omnia conveniunt cum commentario Finestresii ad hanc inscriptionem, quae est in *num.* I. *Clas. IIII.* Quamquam vero in nostro lapide harum rerum nulla mentio fiat, potuit contingere, ut dedicaretur hoc marmor post ann. 337. (in quo iam Consul fuit) eo tempore quo nondum ad alia munera ascendisset. Et quidem de Praefectura Vrbana, et Galliarum videre licet, non ante ann. 339. delatos fuisse hos amplissimos honores Titiano Consuli. Adde, (quod vix dubitare nos sinit de coniectura Finestresii) a Relando in Fastis Consularibus ad an. 391. afferri duas inscriptiones dedicatas T. Fabio Titiano Praefecto Vrbi, quarum in altera integra dictione dicitur Titus, in altera Titus indicatur solemni nota T.: quibus in medium adductis Relandus ait: *Prosopographia Codicis Theodosiani distinguit..... Consulem huius anni* (scilicet anni 391).... *et Titianum, qui sub Constante an.* 340. *fuit P. V., qui in inscriptionibus veteribus T. Fabius Titianus apellatur.* Iam si Titianus, qui fuit Praefectus Vrbi an. 340. (qui sine ulla controversia est, ut constat ex Tillemontio et aliis, Consul ann. 337.) in veteribus inscriptionibus appellatur Titus; cur praenomen Titi huic Consuli non poterit a Finestresio ex hoc marmore accommodari? Quae mihi omnia persuadent, Consulem ann. 337. in hac caussa praeferendum esse Consuli ann. 245. qui a nemine Titus, nec ab omnibus dicitur Tiberius, cui aptari possit prima littera T. huius marmoris addita I.; nec, quod nobis constet, amplissimos honores gessit, cui convenire posse videantur tituli, qui in inscriptione leguntur.

Sed nimis multa diximus in hoc loco, a quo libenter discedemus, ut defendamus Primarium Emeritum a Florezio vocatum iterum in iudicium *num.* 23. *pag.* 112. ubi ponitur haec inscriptio

L. TADIO
SIMILI
CI. LEG. AVG
PR. H. C. CV
TADIA. HONO
RATA • F. •

deinde subiungit Historicus: „ Esta padece várias du-
„ das de no bien copiada. Basta saber, que Tadio
„ fue Legado Augustal de la Provincia Citerior de
„ España, a cuio asunto la alegamos. Scaligero en
„ los indices de Grutero le hizo *Curador* de la Cite-
„ rior en virtud del fin del quarto renglon CV*ratori*
„ (Explic. de las Notas.)..... El sobrenombre era
„ *Similis*, con otro sobrenombre de los muchos, que
„ empezaban por CI. A esto me inclino mas, que
„ a reconocer una diccion en dos renglones, quando
„ el uno tiene espacio para todo el apellido, como
„ aqui. *Tadia Honorata Filia* le puso este monumen-
„ to, o fue la que *Fecit*: pues la F es indiferente, i ad-
„ mite ambos sentidos. Finestres (*pag.* 229.) quiso
„ hacer liberto a L. Tadio: pero no tuvo fundamen-
„ to, como verémos en el que imaginó al hablar de
„ los Soldados *cap.* 24. *num.* 37. " quem locum, ut nihil praetermissum sit, in medium adducemus prolata inscriptione, quae ibi est

C.

C. TADIO. C. L. LVCANO
PISAVRENSI
VIXIT. ANN. XXXIIII
C. TADIVS. LVCANVS
7. LEG. VII. GE. F. LIB
OPTIME. DE. SE
MERITO

postea Florezius. „ Equivocóse Finestres, quando en „ la pag. 285. hizo libertos a estos dos, queriendo „ por ellos hacer de la misma condicion al Legado „ Augustal L. Tadio (cuia memoria pusímos entre „ los Presidentes de esta Provincia)..... parecien- „ dole, que el nombre de Tadios era proprio de „ Libertos, (pace Florezii dixerim, nihil tale umquam somniavisse Finestresium) lo que no es asi: „ pues el hallarse en ellos era por la costumbre de „ tomar el nombre de los Patronos, i estos constan „ con el de *Tadios* en varones ilustres Duumviros „ urbanos, i un Proconsul, como pudo ver Finestres „ en Grutero *pag.* 471. 5. i. 6. (de mas del Legado „ Augustal) i el presente Centurion Tadio Lucano, „ que no era liberto, ni la inscripcion dice tal cosa, „ sino que el fue quien la puso al *liberto*, debiendose „ leer no *Libertus*, sino *Liberto optime de se merito*, „ concordando uno con otro en tercer caso." Principio, quod iam indicavi, Finestresius numquam putavit, nomen Tadii libertorum esse proprium, in quo labitur Florezius; sed existimavit, Tadios harum inscriptionum ex libertinorum familia fuisse,

in quo maximum discrimen est: assumpto enim a libertis, ut mos erat, patronorum nomine, multas reperies familias libertinorum, in quorum praenomine, nomine, et cognomine nihil est, quod non ingenuam et nativam libertatem sapiat. Quod ni ita esset, tunc profecto monumenta Gruteri a Florezio in hoc loco prolata falsitatis convincerent Finestresium: nunc autem quid haec efficiunt? Romanos scilicet fuisse liberos, quibus Tadiorum nomen erat? quis id umquam negavit? Finestresius concedens, nomen Tadiorum esse proprium libertatis, contendet Tadios, quorum meminere ista monumenta, fuisse ex familia libertinorum. Cur ita? videlicet, quia omnes Tadii liberti dicuntur. Id dubitari non potest de C. Tadio Ianuario Pisaurensi, et prudentissime coniicitur de altero C. Tadio Lucano. Quam enim habet repugnantiam legere, *C. Tadius Lucanus Centurio Legionis septimae Geminae libertus*? Cur illud LIB. quintae lineae referendum est ad primum Tadium, qui iam Caii libertus dicitur siglis illis C. L. et non ad secundum, cum quo immediate in eadem linea coniungitur? immo videtur absurdius dicere, C. Tadium bis in eodem lapide appellari libertum. Ita Florezius, ut uni libertinitatem tollat, duplicem in altero cumulat. Sed demus Florezio, ut legat LIBERTO. OPTIME. DE. SE. MERITO: cur retineri Finestresii lectio non potest? nos opinandi licentiam, quam aliis concedimus in hoc argumento, in quo sunt hominum iudicia libera, nobis eripi nullo pacto patiemur. Florezio incumbebat ostendere, quid mali, quid absurdi in hac lectione esset. Neminem

autem

autem credo remorabitur, quod libertinae conditionis hominem in Centurionum ordinem, et in Legatum Augusti promotum esse velimus: quoniam iam in florentissima aetate Reipub. Rom. militare coeperant libertini, ut iustis verbis dicitur in Epit. l. 74. T. Livii: *Libertini tum primum militare coeperunt*. Quae verba fusius explicans Freinshem. in *Suppl. huius lib. cap. VI.* ait: *Numquam antea libertinorum delectus erat habitus, nisi perraro, quum maximi bellorum terrores urbem circumsisterent. Tum vero cohortes duodecim scriptae, et per praesidia..... fortem fidelemque operam Imperatoribus et Reipublicae praestiterunt*. Delectus libertinorum iam antea habitos in rebus trepidis cognosces ex *Liv. lib.* 10. *cap.* 21. *et lib.* 22. *cap.* 11.

Nos igitur libenter amplectimur lectionem Finestresii, et telam Florezii retexentes de altero L. Tadio Legato Augusti provinciae Hispaniae Citerioris deinceps agemus, proposito primum brevissimo, et ingenioso Cervariensis Academici commentario ad hanc Inscriptionem, quae est in *Clas. V. num.* 43.
„ Quum Tadii videantur, inquit, ex familia liber-
„ tinorum, ut mihi indicat inscriptio *VI.* 87. arbi-
„ trabar legendum *L. Tadio Simili C. L.* (hoc est Caii
„ Liberto) *Legato Augusti Pr. H. Cit.* C. V. (scilicet
„ Caii Verna nata ex ancilla domestica) *Honorata*
„ *Fecit*..... Caius forte est ille C. Tadius C. Libertus
„ d. inscriptionis 87.. In C. L. si non advertatur li-
„ neola inferior punctum connectens, facile errari
„ potest, et scribi C. I.. Si haec non placent, dicam
„ sine ambagibus, nomen viri fuisse *Similex*, et in

„ ter-

„ tertio casu *Similici*, feminae vero *Cutadia*, nisi
„ forte magis arrideat interpretari C. V. Caii uxor,
„ nempe C. Tadii patroni, quae liberto memoriam
„ posuerit. " Florezius, ut vidimus supra, vult huic
L. Tadio *Similis* fuisse cognomen: sed cur non potuit esse *Similex*, ut coniicit Finestresius? quia, inquit, non est credibile, quum secunda linea totum posset capere cognomen, hoc divissum fuisse: imbecillum sane argumentum. Quid? si marmorarius putavit, se divisso cognomine, et secundo versu contractiori facto gratiorem legentium oculis aspectum praebiturum? Sed demus ita esse: fuerit hic L. Tadius Similis, et non Similex: quanto nunc vero similior fiet coniectura Finestresii emendantis illud CI. in CL. et legentis *Caii Libertum*? nisi enim hoc dicimus, quo nos pacto ab hoc loco expedimus? dicemus fortasse praeeunte Florezio indicari τὸ CI. aliquod ex cognominibus, quae istis initiabantur litteris? quis umquam audivit, aut legit in inscriptionibus per litterarum compendium breviata hoc modo Romanorum cognomina? Iam si haec valuisset scribendi ratio, passim nobis essent ab inferis suscitandi horum monumentorum auctores, aut advocandi augures, qui haec cognomina divinarent. Isti nobis in praesentia dicerent, an noster Tadius fuisset aliquis (*l*) Cilix, aliquis Cimber, aliquis Cinnamus, an Cincius, an Cincinnatus, an Cinaeas, an Cin-

(*k*) Leguntur quidem aliquando compendiata etiam nomina, et cognomina in inscriptionibus, veluti *Lucar.* pro *Lucarius*, *Lucr.* pro *Lucretius*, *Caecil.* pro *Caecilius*, et alia huiusmodi: sed non est usitatum tam paucis initiata litteris poni, quae aptari possint sexcentis cognominibus.

Cinna, an tandem aliquis Cicero: quae cum ferri non possint, restat profecto ut dicamus, illas litteras CI. emendandas esse in C. L. ut significent L. Tadium fuisse Caii Libertum: quod nemini durum et violentum videbitur, modo attente consideret, in inscriptione 87. *Clas. VI.* duos reperiri Tadios, quorum alter sine ulla controversia, alter vero cum gravissimo fundamento libertus dicitur; et praeterea cogitet proclivem, et valde facilem errorem describentis I. pro L., quod fieri potuit aut istius negligentia, aut praeocupato animo, vel quia lineola in ima parte illius litterae non esset profunde exarata, vel quia iam vetustate evanesceret.

Haec quidem omnia diligenter ego considerans, satis certe mirari non possum, cur Florezius in altero ex his a me laudatis locis dicat Finestresium fuisse deceptum, in altero nullum habuisse fundamentum: praesertim quum iste auctor ea cum saepe alias, tum in hoc loco utatur moderatione dicendi incredibili, quae propria ipsius est, et huius argumenti. *Si haec non placent*, inquit, *dicam sine ambagibus, nomen viri fuisse Similex, et in tertio casu Similici.* Nunquam Finestresius clausas habuit aures veritati, nec tantum sibi placuit, ut vellet ea quae dixisset, certa et fixa essent tamquam Pythii Apollinis oracula: probabilia ut unus e multis coniectura sequitur; probabiliora docentem libenter audiet, ut affirmat in prologo: alias exemplo D. Hieronymi non fert reprehensorem qui damnare possit, docere non possit. Sed de his iam satis, nimis enim longi fuimus, quamquam id proposita ratio postulabat.

Nunc

Nunc festinemus ad alia, quibus leviter indicatis finem imponemus huic *cap. XI.* in quo de Praesidibus Hispaniae Citerioris agitur.

In *num.* 24. *pag.* 113. genuinam non audet asserere Florezius, nec item affirmare spuriam inscriptionem, in qua Finestresius *Clas. II. num.* 21. nihil se videre insolens dixit, nec quod abhorreret ab aetate, et Imperatore, cui tribuenda est. Sed quoniam Historicus nihil in hoc loco turbat Cervariensem Academicum, cui proclivius ad veritatem esse videtur affirmare, genuinum hoc esse monumentum; non est cur huic loco occurramus. Lectorem tamen non possumus non monere, (quod minime praetermittendum videbatur a Florezio) ut legat Primarium Emeritum, in quo multa deprehendet; quibus, nisi ego vehementer fallor, adducetur, ut credat, verum legitimumque esse Antiquitatis partum. Quod autem ait Florezius, non convenire aetati huius inscriptionis titulos *Numinis*, et *Maiestatis*, qui referendi sunt ad posteriora tempora, vereor ut hoc possim concedere: nam sive inscriptio tribuenda sit M. Aurelio Antonino Vero, quem Philosophum appellant (quod sane vero similius est), sive M. Aurelio Antonino Caracallae; ex sola inscriptione 11. *Clas. II.* videre licet, iam multo ante hos Imperatores id in usu et more positum fuisse, quoniam Acindinus se profitetur dicatissimum Numini Maiestatique Traiani, qui multis ante annis imperavit.

Non possum etiam adquiescere in eo quod Florezius dicit *num.* 25. *pag.* 114., clarissimum virum Q. Vmbricum Proculum Legatum Augusti provinciae Hi-

Hispaniae Citerioris Tarracone mortuum videri. Sed qua tandem caussa id videtur Florezio? quia inscriptio, ut constat ex duabus illis litteris D. M, sepulcralis est: sed haec ratio latissime patet, ut non modo efficiat, Q. Vmbricum Tarracone mortuum videri, sed etiam infinitos alios, quorum Diis Manibus constat ibidem monumenta dedicata fuisse. Ponendum est hic maximum discrimen inter sepulcra, et sepulcralia monumenta. Sepulcrum, si loqui volumus ex arte iuris, tantum est ille locus, in quo corpus humatum est, testificante id Iurisconsulto in *L. 2. §. 5. L. 44. ff. de Rel. et sumpt. fun.* Quum vero uti volumus oratione ad popularem sensum accomodata, sepulcra etiam appellamus, sepulcralia saltem monumenta sine ulla haesitatione dicimus ea, quae in memoriam alicuius iam vita defuncti Diis Manibus erecta fuerunt. Hinc Dion. Halicarnassensis, (ut recte adnotavit Finestresius in prologo) solvens dubium ex eo motum, quod multis in locis monstraretur sepulcrum Aeneae, et aliorum etiam illustrium virorum, quum fieri non posset, ut unus et idem pluribus in locis esset sepultus, ait unum fuisse locum, qui corpus exciperet tum Aeneae, tum aliorum, sed apud multos monumenta iisdem erecta fuisse propter eorum benevolentiam, qui utilitatem aliquam ex ipsis perceperant. In hanc sententiam videntur scripti a P. Virgilio Marone versus illi, quibus de Andromache haec ait Aeneas *lib. III. vers.* 303.

. . . . Manesque vocabat
Hectoreum ad tumulum: viridi quem cespite inanem,
Et geminas, caussam lacrimis, sacraverat aras.

et item alii, quibus idem heros *lib. VI. vers.* 505. Deiphobum ita alloquitur:

Tunc egomet tumulum Roeteo in litore inanem
Constitui, et magna Manes ter voce vocavi.

Tumulum in utroque loco Poeta appellavit inanem, quod nullum ibi corpus humatum esset: ex quo nullo negotio concludimus, invocationem Deorum Manium Coenotaphium arguere, non vero sepulcrum. Ergo ex invocatione Manium, et ex eo quod sepulcralis inscriptio sit, quae profertur a Forezio *num.* 25. non recte deduci potest, Tarracone mortuum videri Q. Vmbricum. Sed reliquias tanti viri, non est cur Tarraconensibus invideamus.

FINESTRESIVS VINDICATVS a cap. XII. volum. XXIIII. Hisp. Sacr.

AB hoc *cap. XII.* nos breviter expediemus, quandoquidem solum se nobis offert *num.* 16., qui nos remorari possit. Hic Florezius ait: „ Finestres „ en la Clase tercera de las Inscripciones *num.* 20. „ quiere excluir la Q. primera del tercer renglon, „ porque entendiendola de Quinquenal, le pareció „ redundante; pues luego se repite el Duumvirato „ Quinquenal. Pero la Q. no denota Quinquenal, „ sino Questor, de cuio empleo subian al Duumvira- „ to, segun la inscripcion de Muratori *pag. DXV.* „ 6. . . . . i le anteponian a la dignidad de Duumvir, „ segun otra inscripcion de Muratori *pag. DCVIII.* 1.

„ QVA-

„ QVAESTORI II. VIRO QVINQ. i suponiendo
„ Finestres Duumvirato annual, y quinquenal...... no
„ hai motivo para excluir la primera Q. de nuestra ins-
„ cripcion, pues tiene sentido legitimo en el cargo de
„ Questor. " Crebris admonitus a Finestresio litte-
ris, ut cum ipso severissime agam, neve quid dissimu-
lem, aut ulla ex parte coner imminuere lapsus, in
quos non possunt homines non aliquando incidere;
me libentissime nunc in castra Florezii coniiciam:
in quo scio me rem facturum summopere gratam et
iucundam Finestresio, qui veritati magis, quam si-
bi ipsi amicus est. Verius itaque, aut saltem proxi-
mius vero esse videtur, quod Historicus ait, non
esse expungendam litteram Q., designatumque no-
bis in ea fuisse Quaestorem aliquem, cui dignitas hu-
ius muneris gradus ad Duumviratum fuerit: quamvis
durum primo aspectu videatur, tam illustre Quaesto-
ris munus inferius Duumviratu ponere.

FINESTRESIVS VINDICATVS a cap. XIIII. volum. XXIIII. Hisp. Sacr.

PRaetermittentes magnam partem *cap. XII.*, et
totum *cap. XIII.* in quibus multa cumulat Scri-
ptor Hispaniae Sacrae de Coloniis, de Conventibus,
ex quibus nescio, an multam sit acceptura lucem Ec-
clesiastica Historia; properemus ad *cap. XIIII.*, in
quo multa sunt profecto, quae iure optimo sibi vindi-
cet Finestresius. In *num.* 3. exhibita hac inscriptione

L. SEPTIMIO
MANNO
C. V
CONCILIVM
P. H. C

Florezius ait: „ erigióse de orden del *Concilio de la* „ *Provincia de la España Citerior.....* por consenti- „ miento de todos, o comun voto (C. V) sin decla- „ rar el motivo. " Litterarum C. V, quae sola affertur interpretatio, debetur Finestresio, qui ad hanc inscriptionem 39. *Clas. III.* ita loquitur: „ Quid vero „ C. V? multis modis hae singulares litterae possent „ explicari, veluti *Clarissimo Viro*; *Curatori Via-* „ *rum*; *Consensu Vniversorum*; atque aliis huiusmo- „ di: sed mihi magis arridet *Communi Voto*, nam „ et ita exponit notas C. V. M. Valerius Probus, „ et hic aptissime quadrant.

In *num.* 5. hanc ponit inscriptionem Historicus

L. AEMILIO. L. F
PAVLO. FLAMI
P. H. C. EX. CONVEN
CARTHAG. ATACC
OMNIB. IN. REP
SVA. HONORIBVS
TRIB. MIL. LEG. III. C. XIII
PRAEF. COHORTI
P. H. C

„ dein-

deinde subiungit: „ Morales en el cap. de Tarragona „ *fol.79.b.* puso ATTACC donde aqui lees ATACC „ al fin del quarto renglon. Reinesio citado en la „ edicion de Grutero con Grevio pone ACCIT*ano*. „ Pero en vista de otra inscripcion alegada alli por „ Morales con nombre de Municipio ATTACEN- „ SI, que se decia hallada en *Ateca*, pueblo junto „ a *Calataiud*, y dar Ptoloméo un lugar ATTACVM „ en la Tarraconense, se puede sostener el que L. „ Emilio Paulo, Flamen de la España Citerior, fuese „ natural de *Attacum*, i que perteneciese al Conven- „ to de Carthagena. Vease sobre esta inscripcion la „ segunda de Militares *cap.XXIIII.n.3.* "Haec omnia lectis Finestresii commentariis ad *num. 9. Clas. III.* intelliges, iam antea ab hoc praeclarissimo viro occupata fuisse, nam ita habet: „ omnes fere legunt „ ATACC praeter Reinesium, qui habet ACCIT; „ quod maxime probo: nam in conventu Carthagi- „ niensi nullum fuit oppidum, cui quadret illud „ *Atacc.* sed *Accit*, nimirum Accitana Colonia, ut „ intelligimus ex Plinio *Nat. Hist. lib. 3. cap. 3.* nec „ praeterea, quod sciam, in tota Hispania occurrit „ oppidum, cui congruat *Atacc*..... Plane si non „ *Atacc.*, sed *Attac.* in lapide scriptum esset, vix „ dubitari posset, significari *Attacensi*, quum ex „ Ptolemaeo constet, *Attacum* fuisse oppidum Cel- „ tiberorum." Quoniam vero noster Historicus in hoc loco Lectorem mittit ad *cap. XXIIII. num. 3.* in quo non tam impugnat, quam negligit Finestresii coniecturam; totus erit hic locus in medium adducendus, ut singularem Cervariensis Academici in

his

his rebus industriam, et Florezii nimis delicatum fastidium cernere possitis. Iste sermonem instituens de eadem inscriptione, quae proxime posita est, ait: „ esta priedra anda copiada con mucha variedad. „ Morales en las *Antiguedades* de Tarragona IN. „ REP. SVA. HONOR. F. TRIB. MIL. LEG. III. „ COHOR. XIIII. PRAEF. P. H. C. Pero no te„ niendo las Legiones más que diez Cohortes, repug„ na leer Cohorte XIIII. ni XIII. En la edicion de „ Grutero LEG. III. C. XIII. leen otros *Centuriae* „ XIII. contra el sentir de Reinesio, que emendó „ LEG. III. CYRENaicae, creiendo que las Legio„ nes no se dividian en *Centurias*, lo que es falso: „ pues aunque se dividian en Cohortes, pasaban estas „ a Manipulos, i estos a Centurias: i por tanto ha„ bia *Centuriones*. La copia remitida a Finestres no „ tiene mas que LEG. III. COHOR. XIII. PRAEF. „ P. H. C. i corrige COHOR. VIII. PRAET*oriae*. „ Todo esto es congeturar, i sin principio cierto no „ hai seguridad. "Finestresius autem in commentario huius litterati lapidis iam antea laudato ait. „ Sed „ ut verum fatear, suspectum mihi quod hic L. Aemi„ lius dicatur Praef. Cohorti XIII. Legionis III., „ quum Legio constaret solum Cohortibus decem, „ quae caussa esse potuit, cur Reinesius pro C. XIII. „ reposuerit CYREN. ego tamen mallem pro X. „ scribere V. ut indicet cohortem VIII.... tentemus „ et aliud. Quid si pro PRAEF. legamus PRAET., „ et intelligamus Cohortem VIII. Praetoriam? nam et „ Praetoriae non fuerunt supra X., de quo vid. Fabrett. „ *Inscript. cap.* 3., atque ita removebimus obicem,

quod

„ quod Praefecti nomen in vulgata inscriptione po-
„ natur post Cohortis numerum, quod non puto ali-
„ cubi inveniri. Nota apud Puiadesium perperam
„ scribi *Cohor.* XIIII. pro XIII. " At Florezius inquit: *Todo esto es congeturar, i sin principio cierto no hai seguridad.* Sed est tamen optimis et prudentissimis coniecturis uti, ubi nullus esse potest locus mathematicae demonstrationi. Ego certe miror, quas velit quaerere certas rerum consequentias Historicus in hac Antiquitatis scientia, quae tota coniecturis alitur. Et quidem si ullus est in Romanis inscriptionibus locus, qui ope prudentis coniecturae, et correctionis criticae debeat sanitati restitui, is profecto est, in quo maxime admiror felicissime audax ingenium Finestresii.

Nos vero quoniam in hunc locum incidimus, oportet ut paullo plenius totam rem explicemus. Duo sunt in hoc loco maxime cavenda hominum genera, quorum alterum sibi nimium placens, et ingenio suo plusquam par est indulgens, nullum facit emendandi modum; alterum, ut ita dicam, nimis superstitiosum, quod non modo violentas manus inferre, sed nec contrectare veteres libros, et Romanas inscriptiones audet. Illi ultra legem soliti tendere criticen non modo non pepercerunt Romanis inscriptionibus, sed liberrime abusi sunt falce critica in corrigendis sacris Bibliis, in corrigendis legibus. Vt de legum augustissimis libris tantum loquar, quam sunt in hac parte liberi! quam soluti! quam nullis constricti legibus, (ut duos Iacobos Cuiacium et Gothofredum omittam). Antonius Faber, Gerardus Noodtius,

odtius, Cornelius Van Binkersoekius, qui non modo commutare, et transponere unam litteram et verbum; sed delere et expungere totum versum non verentur: ut non sine iustissima caussa dixisse videatur Q. Sectanus satyra 19. *Plusque sapit, qui plus audet corrumpere leges.* Sed non idcirco laudandos putem eos, quibus religio est, etiamsi ratio evidens emendationem in ipsis legibus, aut in aliquo vetustatis monumento efflagitet; venerandae Antiquitati manus admovere. Vtrumque vitium a nobis est in hac parte declinandum, ne aut nimis libere, aut nimis serviliter agamus. Ego in hac re, sicut in omnibus aliis, mediocritatem auream tenendam puto: et tunc potissimum ad emendationem confugere nos oportere sentio, quando ita desperata res est, ut retenta antiqua lectione nulla sit ratio expediendae salutis. Atque ut ad urendum et secandum medici, sic nos non nisi raro, invitique ad hoc genus emendandi veniemus: hoc tamen animose et fortiter utemur, si nulla reperitur alia medicina: praesertim quum res ipsa et orationis series talem emendationem postulet. Haec mihi est in corrigendo lex, in cuius suasione afflicta iam et profligata barbarie, et in hac, in qua nunc vivimus eruditionis luce, nullum ex plebe litteratorum vereor seditiosum Tribunum, qui mihi sollemni Veto intercedat.

Lata autem lege iam ex iure manu consertum voco Florezium. Desperatam esse salutem huius loci vel ipse Florezius concedit, cuius haec sunt: *Pero no teniendo las Legiones mas que diez Cohortes, repugna leer Cohorte* XIIII. *ni* XIII.: et tamen relinquit

postea

postea inexplicatum locum: multo melius Finestresius, qui commutata littera X. in V, et F in T figura inter se valde affinibus, optimam sententiam huic loco reliquit, legens COHOR. VIII. PRAET. hoc est Praetoriae. Non est necesse positis iam ante oculos commentariis inculcare urgentissimam rationem, qua id concludit doctissimus vir. Illud vero minime praetereundum, quod hanc corrigendi licentiam, quam in altero nunc non probat Florezius, sibi ipse multis in locis assumit: ex quibus, quod magis ad propositum facit, primum deducam *num.* 47. *cap.XX.*, in quo haec habet: *Finestres... nota bien que en el num. XX. de la Legion parece sobra una X, de suerte, que se lea* LEG. X., *la qual era Gemina, no la XX.* Rem ad calculos vocemus. Hic quia legio XX. non fuit Gemina, delenda est altera X, et legendum LEG. X. G. contra fidem monumenti, quod exhibet LEG. XX. G.: cur igitur neganda nobis erit facultas, non dicam delendi litteram X. in re controversa, sed eam commutandi in V.? quae correctio moderatior est; quum nulla fuerit Cohors XIII. fuerit autem VIII. Sed audi Florezium *cap.XII. n.*24. *Los que admiten a Libisosa como Colonia cuentan catorce, diciendo estar errado en Plinio el numero de XII., i esto es mui regular o nada estraño en numero de libros*: non erit credo diversum in numero Legionum. Quid plura? idem auctor *pag.* 108. *num.* 12. haec habet: *pero todavia puede dudarse si en lugar de* T.CL. *esculpieron* TI. IVL. *que no distan mucho, i en linea borrada es facil leer uno por otro.* Cur igitur nos dubitare non possumus, in marmore, de quo contro-

K ver-

versia est, insculptum fuisse XIII. pro VIII. et PRAEF. pro PRAET, quum magis haec affinia sint, quam T. CL. cum TI. IVL. minusque distent? Idem Historicus cum Grutero *cap. XX. num.* 43. τὸ XCIII. commutat in ROM.: in *cap. XXII. num.* 11. pro II. legit VII. (in quo tamen, ut ostendemus postea, vehementer errat): in *cap.XXIIII. num.* 18. vult, in inscriptione, in qua legitur, ALLIA. PARALI. HENIS. legendum esse AELIA.PARTHENIS.: in *cap.XXIIII. num.* 34. interponit adverbium NON, ubi nullum est: in *cap. XXIIII. num.* 23. legendum statuit cum Finestresio M. X. D. IIII. ubi legebatur M. XXIIII. Etiam librariorum incuria factum fuisse vult Florezius, ut *Carietes* pro *Caristos* in Plinio legeremus, ut videre licet *cap. II. num.* 12.: et tamen *todo esto es congeturar, i sin principio cierto no hai seguridad.* Quid ergo vetat asserere, aut lapicidae, aut descriptoris vitio factum fuisse, ut in nostro marmore, de quo Historicus agit in *cap. XXIIII. num.* 4. legeretur Cohors XIII. pro VIII. et PRAEF. pro PRAET? Quare omittat haec urgere Florezius, quem impugnantem iterum videbimus in *cap. XV. num.* 18.

FINESTRESIVS VINDICATVS a cap. XV. volum. XXIIII. Hisp. Sacr.

DIssimulato nomine hostis, in quem omnia tela convertit Historicus, impugnat Cervariensem Academicum *num.* 18. Sermo ibi est de ara, quae

Circe

Circe solis filiae dedicata fuit Imp. Antonino Aug. IIII. et Balbino II. Consulibus, restituta a Servio Calphurnio Domitio Dextero, adhibita Principis auctoritate, et decreto COLL. XV. SAC. FAC. Super haec Finestresius *Clas. I. num.* 27. „ Quindecem-„ viros a Sylla institutos, verosimile est, quum „ antea ad id munus Decemviri crearentur..... sed „ in nostro marmore non collegium Quindecem-„ vir. est, sed Decemvirum: alias scribi debebat XV. „ VIR. Quare credendum est, vel hic deesse VIR. „ vel etiam post Syllam fuisse aliquando collegium „ Decemvirum; nam huiusmodi collegium non „ semper eodem numero constabat. " „ No falta, „ ait Florezius, quien recurra a los *Decemviros* de „ las cosas sagradas, alegando que de otra suerte fal-„ taria en la inscripcion despues de XV. las letras „ VIR. pero este no es inconveniente; i en efecto el „ mismo Donio.... se inclinó a que faltaba en la copia, „ i que en el marmol estaria XV. VIR. SAC. FAC. " Nec deerit adhuc, o Florezi, qui Finestresium sequatur confugientem ad Decemviros. Sed ego certe non intelligo, qua de caussa Florezius dicat: *pero este no es inconveniente*: nam si perpetuus est in Romanis inscriptionibus usus, ut Duumviros notent his litteris II. VIR, Triumviros his III. VIR; Decemviros hoc modo X. V.; Quindecemviros siglis his XV. VIR; semperque addant litteras VIR, aut saltem litteram V. post numerum, quem indicari volunt, ut videre licet ex *Clas. I.* Fin. *num.* 6. 8. 16. 17. 18. 23. *Clas. IIII. num.* 6. 8. 13. 14. 15. 16. in Muratorio *pag.* 45. *num.* 9. *pag.* 307. *num.* 3. *pag.* 315. *num.* 3.

pag. 327. *num.* 6. *pag.* 619. *num.* 1. *pag.* 1083. *num.* 2. *pag.* 1113. *num.* 7. et passim alibi; aut deerit, ut Finestresius, et Donius iudicant, illud VIR; aut confugiemus ad Decemviros. Et quidem Sertorius Vrsatus, qui sedulo diligenterque collegit omnes Romanorum notas compendiarias, in littera X pro Quindecemviratus nota tantum affert XV. V, et XV. VIR: litteras autem X. V. interpretatur Decemvirum, non vero Quindecemvirum. Quae mihi omnia persuadent, in marmore, de quo agimus, aut designatos intelligi Decemviros siglis illis XV.; aut deesse litteras VIR, aut saltem litteram V, si significari volumus Quindecemviros, ut erudite coniiciebat Finestresius. Sed quoniam tam multi sunt loci, in quibus aperto bello impugnatur Cervariensis Academicus, ex occultis et insidiosis locis in patentem campum descendamus.

FINESTRESIVS VINDICATVS a cap. XVI. volum. XXIIII. Hisp. Sacr.

IN *num.* 1. ex Grutero hanc producit inscriptionem Historicus

ISIDI. AVG
SACRVM
IN. HONOREM
ET. MEMORIAM
CLOELIAE. SABINAE
CLOELI. F. OBSTANA

MA-

MATER
SEMPRONIA. LYCHNIS
AVIA

deinde num. 2. „ Los dos renglones.. ultimos se ha-
„ llan sueltos en Grutero *pag.DCCVI.7.*como que por
„ sí solos formaban inscripcion, sin acordarse de que
„ ia los habia publicado como final de la propuesta en
„ su tomo 1. *pag. LXXXIII.* 6. No los hai en la pie-
„ dra original, ni los huvo jamás, por quanto se
„ conserva en ella espacio suficiente para proseguir
„ con dos, o tres renglones (despues de MATER)
„ i consta por su integridad en esta parte, que no se
„ formó alli letra alguna, como me certifica el Ca-
„ nonigo de la Santa Iglesia Doctor Foguét, que de
„ nuevo la reconoció, para que io pueda asegurarlo
„ por la exactitud del sugeto, de quien antes debiera
„ haber tomado informe Finestres, (pues con razon
„ alaba su persona por la erudicion i doctrina) i no
„ reputar parte o fragmento de la presente inscrip-
„ cion los dos renglones ultimos *Sempronia Lychnis*
„ *Avia*, que Grutero imprimió solos: pues en caso
„ de ser parte de la presente debian estar juntos: i
„ no es asi, como queda advertido." Finestresius in
fine commentariorum ad hanc incriptionem, quae
est *num.* 11. *Clas. I.* ait „ Observa postrema verba
„ *Sempronia Lychnis Avia* reperiri in alia inscriptio-
„ ne extra Tarraconem in lapide crucis Sancti Fru-
„ ctuosi apud Gruterum e Schotto.... quae credi
„ possunt pars aut fragmentum huius nostrae." Dein-
de positis in Clas. VI. num. 90. duobus illis versicu-
lis,

lis, qui tanquam inscriptio separata exhibentur a Grutero, subiungit: „ Quum nullus sit nepos, ad „ quem referatur *Avia*, videri poterat, legendum „ *Ave* vel *Have*, ut in inscriptione apud Fabrettum „ *cap. X. num.* 413. et in duabus sequentibus. Verum „ retinendum est *Avia*, quia haec inscriptio non „ est integra, sed pars eius, quam posuimus supra „ sacratam Isidi *Clas. I. num.* 11."

Finestresius ad quem non pervenerat notitia, quam Florezius habuit a Don Raymundo Foguetio, quid melius excogitare poterat, quam inscriptionis sacratae Isidi fragmentum fuisse duos illos versus, qui separati per se nullum habent commodum sensum, et in *pag. LXXXIII. num.* 6. Gruteri leguntur coniuncti cum inscriptione Isidis exhibita superius ex apographo transmisso ab Andrea Schotto; cuius magna debet esse in hac caussa auctoritas. At Foguetius scripsit ad Henricum, in lapide, in quo legitur haec inscriptio, superesse satis amplum et capax spatium recipiendi duos, aut tres versus, in quo propter integritatem videre licet, nihil umquam ibi scriptum fuisse: ex quo fiat necesse est, ut duo illi versus ad hanc inscriptionem minime pertineant. Quid inde? Foguetium consulere debuisset Finestresius. Qui nihil umquam tale suspicatus fuerat, nec suspicari debuit, quid tandem consuleret? qui habebat apographum recenter a Tarracone transmissum, nec fuerat huius rei admonitus, quid tandem suspicaretur? Quamvis in exemplo nuperrime ad Finestresium transmisso deessent fortasse haec tria verba, de quibus agitur, ad veritatem videbatur esse

pro-

propensum, cogitare, aut fractum fuisse lapidem, aut ea verba in alio marmore inferius posito continuata fuisse. Quae quidem adeo mihi videntur esse veritati consentanea, ut certior factus huius rei, de qua meminimus, impetrare a me vix possim, ut in Florezio adquiescam. Sit enim ita sane: servetur integra ima pars huius lapidis cum spatio, quod duos, aut tres versus capere possit. Ego potius adducor, ut credam, in alio marmore inferius posito (quamquam id inscite et ineleganter factum fuerit a marmorariis vacuum relinquentibus superius spatium) exstitisse illos versiculos, quam cum Florezio contendere, numquam ad hanc inscriptionem pertinuisse. Quo in loco quaero, quam vim, quod pondus habeat auctoritas Andreae Schotti eruditissimi viri, qui Tarracone degit, et impensam operam navavit in his litteris cum Antonio Augustino in hac scientia facile principe? Quo iure delebimus duas lineas, quae ex schedis illius eruditi viri et oculati testis prodierunt in Grutero *pag. LXXXIII. num. 6.*? Deinde quam optime illa inter se consentiunt *Obstana* aut *Obsiana Mater, Sempronia Lychnis Avia.*

Praeterea animadvertendum est, deletis his versibus, et repudiatis tamquam ab hoc monumento alienis, in graviorem nos difficultatem incidere, quam nunc, ut solet alias, parva quadam declinatione corporis effugere videtur Florezius. Ita enim profecto se res habet, ut isti versus aut sint pars huius, quo de agimus, monumenti, aut separata quaedam inscriptio: quandoquidem tertium esse non potest propter auctoritatem Gruteri, qui hos in duplici

plici loco exhibuit. Quum Florezius nullo modo patiatur hos versiculos superioris inscriptionis esse partem; necessario consequetur, ut sit inscriprio separata Tarraconi tribuenda, uti eam tribuit Gruterus *pag. DCCVI. 7.*: cur igitur eam omisit Florezius, qui Tarraconensia monumenta voluit omnia in hunc locum includere? hic enim non vult esse partem, neque in alio loco tamquam separatam posuit. Vellem certe florentissimos nervos intendisset Florezius in explicatione huius monumenti: sic enim fieret, ut sciremus, quem nepotem aut neptem habuisset haec Sempronia Lychnis; aut quid tandem fecisset haec avia, quod nunc profecto nec sciri, nec divinari potest: nisi forte volumus dicere corrigendum esse τὸ AVIA in AVE, quod gravate admodum concedet Historicus, quem tam severum fuisse vidimus in Finestresium emendantem. Occurret autem fortasse, nam haec una superest ad subterfugiendum via, haec verba ab impostore aliquo infarta fuisse. Quid autem respondebimus Apiano, quid Schotto, ex quorum schedis in lucem prodiit hoc monumentum? quid Grutero, qui technam et dolum non animadvertit? Comburamus igitur annales, deleamus omnia, fidem scriptis et auctoritati derogemus.

Ego tamen in has angustias deductus malo plus tribuere huiusmodi auctoribus, quam fidem ex rebus humanis omnino tollere. Quare nullus dubito, quin versus exhibiti a Grutero *pag. DCCVI. 7.* aut sint inscriptio separata ab ea, quam dederat idem auctor *pag. LXXXIII. num. 6.*; aut pars istius, in quod magis

gis propendeo. Ne me vero premat illud, quod ex Foguetio refert Scriptor Hispaniae Sacrae, praeter id, quod iam antea indicatum est, alia se mihi offert huius nodi dissolvendi ratio, in quam magis inclinat animus. Dicam videlicet monumentum, quod Foguetius Tarracone descripsit, diversum et aliud esse ab eo, quod Gruterus posuit *pag. LXXXIII. num.* 6. contra quam statuere videtur Florezius. Primum enim, nisi hoc dicimus, nullam invenimus viam tollendae difficultatis antea propositae: deinde valde variata video nomina in his marmoribus. Mulier enim, in cuius honorem et memoriam positum est hoc monumentum, dicitur a Grutero *Cloelia Sabina Cloeli filia*; in lapide a praeclarissimo Foguetio descripto, (ut videre licet in hoc eodem loco Florezii) dicitur *Iulia Sabina*, nec cuius sit filia, memoratur: quae dedicavit hoc monumentum apud Gruterum est *Obstana*, quae ab aliis *Obsiana* dicitur; in lapide nuper descripto a Canonico Tarraconensi *Clodia Osiana* est. Quid ergo vetat asserere, monumentum a Foguetio descriptum diversum esse ab eo, quod Gruterus posuit *pag. LXXXIII.* 6. quum diversa videamus esse nomina dedicantis monumentum, et personae in cuius memoriam dedicatum est: atque adeo nihil premet Cervariensem Academicum, quod Scriptor Hispaniae Sacrae adversus eum urget in laudato loco. Nolumus autem hic sine laudatione praeterire Don Raymundum Foguetium, quem excellenti praeditum ingenio, et sudantem iam multos annos in Antiquitatis scientia tamquam eruditissimum virum et doctissimum colimus; mihique

hique certissimum est, quod Florezius in prologo fatetur, se in conscribendo opere, ad quod nunc se accinxit, fuisse ab hoc doctissimo et praeclarissimo viro magnopere adiutum. Sed quae tandem culpa est hic non consuluisse Foguetium? gravior fortasse erit, non fuisse consultum ab Scriptore Hispaniae Sacrae Primarium Emeritum. Nam ut multum tribuam Raymundo Foguetio, cui certe multum tribuo; tamen in cognitione antiquarum rerum, quae ad Hispaniam Tarraconensem pertinent, non erat contemnendum certe iudicium Finestresii, qui simul cum Canonico Tarraconensi consulendus esse videbatur ab Henrico Florezio, quem pedetentim sequemur, ut hucusque fecimus.

In *num.* 4. collocat Florezius inscriptionem nuperrime inventam in vetustissimo muro Aulae Capitularis Tarraconensis, quae ita habet:

IVNONI AVG
SACRVM IN H ME
CAECILIAE
IANVARIAE LVC
CAECIL EPITYNCHA
NVS VXORI OP
TIMAE S P F

deinde in commentario ait Historicus „ esta dedica-
„ cion fue hecha a Juno en *honor i memoria* de Ce-
„ cilia Ianuaria, pues esto denotan las ultimas le-
„ tras del segundo renglon IN H ME *In Honorem*
„ *Memoriamque*, sino que falte una E despues del H,
„ segun

„ segun el estilo de otras inscripciones de Tarrago-
„ na, que por todas letras expresan IN HONOREM
„ ET MEMORIAM cet. como vimos en la prece-
„ dente." Cur coniiciendum sit, fortasse deesse litteram E, profecto non video. Nam quod in aliis monumentis legatur integris dictionibus IN HONOREM ET MEMORIAM, nihil probat. Sicut enim vero simile est, quadratarium propter angustias loci indicavisse *Honorem* et *Memoriam* illo compendio litterarum H ME; ita proximum vero est, voluisse propter easdem angustias omittere τὸ ET, et significare HO*norem* ME*moriamque*: cui opinioni libentius adhaereo, quod aegre videam a Florezio concedi emendandi licentiam. Superest ergo ut *Honorem Memoriamque* legamus cum Florezio, vel potius Finestresio, qui in fine prologi ad hanc inscriptionem ait. „ Vnum tamen est, quod forte non asse-
„ quetur in huiusmodi inscriptionibus parum versa-
„ tus, nimirum H ME, quas litteras interpretor IN
„ HO*norem* ME*moriamque* ex aliis non dissimilibus
„ monumentis, ubi integris dictionibus scribitur IN
„ HONOREM ET MEMORIAM, uti videre est
„ cet. "; „ Las letras, persequitur Florezius, LVC des-
„ pues de Januaria, pueden denotar alguno de los mu-
„ chos sobrenombres, que empezaban con LVC: " sed mea quidem sententia indicant praenomen Lucii, quod habet Caecilius Epitynchanus. Sicut enim Iulius aliquando una littera I, aliquando τὸ IVL indicatur consentiente Florezio *cap. XII, num.9.*; cur non idem dicemus in Lucio? Quod si ita interpretamur, non erit necesse ex compendio litterarum conjicere co-

gnomen, quod a Romanis solet integra dictione proferri. Praeterea ait Florezius „ Estimó a la muger, „ porque era *optima*, i esto le movió a perpetuar a „ su costa la memoria ofreciendola a Juno. " Nihil frequentius est in Romanis inscriptionibus, quam optimas, bene merentes, carissimas appellari coniuges, quas alicubi videbis etiam sanctissimas appellari. Quare non erat hoc peculiari animadversione dignum, aut generatim praecipiendum erat. Tandem concludit Henricus. „ No tiene punto ninguno „ la piedra de lo que infirió Finestres ser de las mas „ antiguas. " Haec quum Lectores videant, putabunt candide quidem et ingenue, quod iam antea indicavi, a Florezio tribui Finestresio, quae istius propria sunt, quod longe aliter evenit. Interpretatio illa litterarum H ME, quae non est certe contemnendi ingenii, ex eodem auctore dissimulato nomine deprompta fuit: et praeter innumera, quae hucusque retulimus, supersunt bene multa, quae a nobis, quoniam hanc provinciam suscepimus, minime praetereunda sunt.

Qui singulas litterulas amant fastidiose persequi, ii quaerant otiosius, unde ducta sit appellatio Campestris, quam Marti tributam videmus in inscriptione, quam Florezius affert *num.* 6. Ii viderint an magis ipsis arrideat opinio Florezii, an vero Finestresii *in Clas. I. num.* 15. Ego nolo in hoc loco contendere, et Lectori relinquens, ut utatur arbitratu suo, tantum posita primum inscriptione Florezium cum Finestresio conferam, ut facillime perspicere possimus, quid iste sibi vindicare possit.

sit. Ponemus igitur, ut nostri moris est, ad imminuendum Lectoris laborem, inscriptionem, qua de agitur, cum utriusque commentariis

MARTI. CAMPESTRI. SAC
PRO. SAL
IMP. M. AVREL. COMMODI
AVG. ET. EQVIT. SING
T. AVREL. DECIMVS
7. LEG. VII. G. FEL
PRAEP. SIMVL. ET
CAMP. DEDIC. K. MART
MAMERT. ET. RVFO. COS

num. 9. ait Florezius. ,, Este mismo T. Aurelio era
,, Centurion (denotado por la cifra 7.) en la Legion
,, septima Gemina Feliz, Preposito, i juntamente
,, *Campi Doctor* denotado por la diccion CAMP.
,, que en la inscripcion citada de *Nemesis* tiene todas
,, las letras CAMPI DOCTOR. Estos Campi Doc-
,, tores eran los que señalaban a cada Centuria el
,, espacio, que debia ocupar en los *reales*, como ex-
,, presa Vegecio *lib.* 3. *cap.* 8...... Hizo esta dedica-
,, cion a Marte por la salud del Emperador Com-
,, modo Augusto, i de los *Equites Singulares* ET.
,, EQVIT. SING, que se decian singulares del Au-
,, gusto por estar destinados a su guardia..... Añade
,, el marmol, que se hizo esta dedicacion en 1. Mar-
,, zo (mes consagrado a Marte) siendo Consules
,, *Mamertino* i *Rufo*: a los quales con estas mismas
,, voces proponen los *Fastos Idacianos* (de nuestro
,, tomo

„ tomo 4.) en el año de 182. de Christo; i lo mis-
„ mo otras inscripciones de estas Calendas de Mar-
„ zo en Relando, i de Abril en Muratori al hablar
„ de los Consules." Finestresius super hanc inscriptionem, quae est *n.* 15. *Clas. I.* „ Fortassis epitheton
„ *Campestris* tam Marti, quam Nemesi indiderunt
„ inscriptionum auctores a *campo* scilicet, quum
„ *Campi* essent *Doctores*, uti exprimitur integris vo-
„ cabulis, in ea, quae Nemesi fuit consecrata, et
„ significatur in voce *Camp* in nostro lapide. Hunc
„ siquidem sic interpretor, ut significet Marti Cam-
„ pestri pro salute Imperatoris Commodi, et Equi-
„ tum Singularium aram vel potius statuam, aut
„ templum dedicasse (ut in alio Nemesi pro salute
„ Augustorum) Titum Aurelium Decimum Legio-
„ nis septimae Felicis Praepositum simul, et Campi
„ Doctorem, uti nominatur apud Vegetium de Re
„ Mil. lib. 3. cap. 8...... Redeamus ad nostrum T.
„ Aurelium Decimum. Hic Centurio (eius nota est
„ diple >) Legionis VII. Geminae Felicis, quae *se-*
„ *ptima* dicitur ordine et numero..... hic inquam
„ Centurio etiam, ut videtur, erat Praepositus, et
„ Campi Doctor Equitum Singularium...... adeo-
„ que et ipse Eques Singularis. *Singularium* vero ap-
„ pellationem meruerunt, vel quod essent excellen-
„ tes, vel potius, quod uno equo mererent..... hi va-
„ riis in locis dicuntur Equites Singulares Imperatoris
„ Caesaris, Augusti, Domini nostri, Imperatoris no-
„ stri, Augusti nostri, qui Imperatorem proxime
„ contingebant, eius custodiae deputati.... ut proin-
„ de mirandum non sit, Aur. Decimum non modo
„ pro

„ pro salute Imperatoris, sed et Equitum Singula-
„ rium aram, vel statuam Marti dedicavisse. Dedi-
„ cationis tempus designatur *Cal. Martii*, utpote men-
„ sis sacrati Deo Marti *Mamertino et Rufo Coss.* nimi-
„ rum C. Petronio Mamertino et Corn. Rufo, quo-
„ rum Consulatus incidit in annum.... a Christo na-
„ to 182..... Relandus in *Fastis* producit aliam in-
„ scriptionem huiusce anni et diei, in qua integra po-
„ nuntur nomina Consulum *C. Petronii Mamertini,*
„ *et Corn. Rufi.*" Atque hic ego quaero cum M. Tul-
lio Cicerone in lib. II. de Leg. *cap. VII. quid negotii*
est, eadem prope verbis iisdem conversa dicere?

In *num.* 15. loquens Florezius de inscriptione, quae ab Aemilio Augustali, et ab Aemilia Nympohodote Neptuno fuerat consecrata, ait „ El poner a
„ Neptuno este monumento lo reduce Finestres a
„ que Emilio Augustal seria de egercicio maritimo:
„ i asi debió de ser en caso de suponer conexion
„ entre la Deidad i la materia. Pero tenemos egem-
„ plares de que aunque fingian un Dios para cada
„ cosa..... solian atribuir a cada uno quanto que-
„ rian, como verémos al tratar de Silvano." Sed tamen Finestresius id per modum levissimae coniecturae posuit, et hoc quasi ne nihil dixisse videretur, ut videre potes in *Clas. I. num.* 19.

Cassa nuce leviora sunt, quae tractantur in fine *num.* 14., utrum non nihil pugnet cum Grammaticae regulis legere CONLIBERTO sicut voluit Finestresius, an vero nulla violata latinitatis lege tueri possimus lectionem Gruterianam, quod putavit Florezius potuisse fieri.

In

In *num.* 18. aculeus est in Finestresium, quod in *pag.*21. LIBERTORVM ediderit pro LIBERORVM, in quo nolo defendere lectionem Finestresii; sed excusandum et venia dignum iudicare, quod Florezius *pag.* 210. *lin.* 25. PATRI pro FRATRI, et in *pag.* 322. *lin.* 3. NVMMIVS pro MVMMIVS ediderit, in quibus non est facilior lapsus, quam in lectione Finestresii.

Verba faciens Florezius de inscriptione, quam *num.* 21. posuerat Deo Tutelae consecrata, ait *num.* 23. „ El que hizo la primera dedicacion se llama-„ ba *Emilio Severiano*, el qual se decia *Mimographus*, „ por egercicio a causa de escribir versos, que por „ medio de cosas ridiculas deleitasen al pueblo, al „ modo de los que hoi llaman *Entremeses*. " Finestresius in eamdem inscriptionem a se collocatam *Clas.I. num.* 25. ait: „ Aemilius Severianus in hoc lapide „ se dicit *mimographum*, quod non cognomen puto, „ sed officium, vel artificium. Nimirum Μιμόγραφος „ erat, hoc est mimorum scriptor. Sunt autem mi-„ mi poemata scenica actiones scurriles, ridiculas-„ que, aut facta turpia exprimentia, quibus popu-„ lum delectent, aut ad risum provocent, qualia „ sunt, quae hodie *entremeses* dicimus. " *Lo mismo escribió el Rmo. P. M. Florez sin atribuirlo a Finestres.*

In *num.* 29. adnotavit in transcursu Florezius, *caelum* scribendum esse, non *coelum*: cui non dictus Hylas? In omnium manibus est Cellarius, qui hoc ex antiquis monumentis, et ex etymologia huius verbi adstruit. Nos quum videamus eos, qui Historiae praecepta tradiderunt, vix indulgere, ut brevissi-

mas

mas inter narrandum serant Historici sententias ex eodem argumento natas, quae legentium animos instruant; largiri debemus Florezio, ut fere integram paginam in hac animadversione consumat: quo facilius se in eodem volumine ostentare possit et praeclarum Orthographum, et Geographum, et Antiquarium, et Historicum.

FINESTRESIVS VINDICATVS a cap. XVII. volum. XXIIII. Hisp. Sacr.

QVod multis in locis animadvertimus, ex Latino scilicet sermone Hispanum factum Finestresium; id non semel adnotabimus in *cap. XVII. In num.* 30. Florezius

L. GAVIO
ROMANO
VIBIO. TROM
SECVNDO
TRIB. LEG. III. AVG.
FLAMINI. PROV
HISP. CITER
L. AEMILIVS
SATVRNINVS

„ En el tercer renglon estaba BIBIO. III. VIR. pe-
„ ro el Ms. de Pighio citado en la nueva edicion de
„ Grevio con Covarruvias *lib.* 4. *Resol. cap.* 1. la dan

M „ como

„ como se ha puesto (egregie hic fallitur Historicus, nam Covarruvias in loco citato *Gravium* uti exhibet Finestresius posuit, non (*l*) *Gavium*) auto-
„ rizandolo otra piedra erigida en Barcelona, i pu-
„ blicada en Grutero *pag. DXXXXIII.* 7. *L. Gavio*
„ *Romano Tormentin* (por Tromentin) *Vibio Secun-*
„ *do. Trib. Mil. Leg. III. Aug. F. P. H. C. D. D.* don-
„ de vees al mismo *Gavio* (diversum plane videbis, si ex Covarruvia corrigendus est Gruterus, nisi forte malumus dicere inscriptionem Barcinonensem, quae in verbo *Tormentin* vitiosa est, etiam in nomine Gavii mendosam esse, atque emendandum Gravium) con los mismos dictados, i tribu TROM-
„ *entina.* Esta inscripcion confirma los muchos nom-
„ bres, que solia tener una misma persona: pues
„ demas del prenombre *Lucio*, tenia esta los nom-
„ bres i sobrenombres de *Gavio Romano Vibio Se-*
„ *gundo*, que pertenecia a la tribu TROM*entina*, asi
„ dicha por el campo *Tromento* de la Toscana..
„ sirvió de Tribuno en la Legion III. Augusta. " Finestresius super eamdem inscriptionem *Clas. III. num.* 10. haec habet. „ Ita exhibet hanc inscriptio-
„ nem Praeses Covarruvias multo emendatiorem,
„ quam Gruterus duobus locis, in quorum uno scri-
„ bitur *L. Gavio. Romano. L. Vivio. IIvir. Secundo*,
„ inep-

(*l*) GRAVIVM, non GAVIVM exhibet editio Veneta apud Gasparem Bindonum ann. MDLXXXVIII., altera item Veneta apud heredem Hieronymi Schoti ann. MDLXXXXVII., Lugdunensis, sumptibus Horatii Cardon ann. MDCVI., et altera Coloniae Allobrogum sumptibus Samuelis de Tournes facta ann. MDCLXXVIIII. Antuerpiensis ann. MDCXXVII., et altera etiam Antuerpiensis apud Ioannem Keerbergium ann. MDCCX. et ut puto, omnes aliae editiones.

„ ineptissime; in altero habetur *Bibio.* Planum au-
„ tem est, in nostro marmore L. Gravium Vibium
„ natione Romanum (sive quod magis est ex usu
„ inscriptionum, *Romanum* nomine, non patria, quae
„ apponi solebat post cognomen) fuisse e rustica
„ tribu Tromentina a campo Tromento ita dicta....
„ Gravii cognomen erat *Secundus* post tribum po-
„ situm, atque ipse Tribunus Legionis III. Augu-
„ stae."

In *num.* 31. affertur ab Historico inscriptio, quae ab Apiano tribuitur Dianio, ab aliis autem Tarraconi. In hac varietate Finestresius *Clas. III. num.* 5. ait: „ Nonnulli Dianio tribuunt, et vero simile est Gra-
„ tio utrobique positam memoriam ab amico, quum
„ Dianium a Segobriga non longe abfuerit." Florezius in laudato loco haec habet: „ Finestres *pag.* 73.
„ tiene por verosimil, que el amigo M. Atilio
„ Fraterno la pondria en ambas partes, por distar
„ poco Denia de Segobriga, patria de Gratio. Esta
„ distancia no hace al caso: pero conforme está la
„ inscripcion con *Diis Manibus* es mejor colocarla
„ en un solo sitio del sepulcro: i este corresponde
„ mas a Tarragona, donde era Flamen de la Provin-
„ cia, que a Denia, la qual no era ni aun patria
„ del difunto, natural de Segobriga." Nemo nescit, sepulcralia monumenta non modo in ipsis sepulcris exarata fuisse, verum etiam in memoriam eorum, qui iam vita functi fuerant, alia saepe extra locum, in quo sepultum erat cadaver, a propinquis et amicis (*m*) collocata fuisse. Quod si ita est, ut est profecto,

M 2 cur

(*m*) Vid. Finestresium vindicatum a *cap. XI. num.* 25. *pag.* 114.

cur non fieri debet vero simile, quum Dianium non longe abfuerit a Segobriga, patria L. Gratii (cui dedicatum fuit monumentum, quo de agitur, a M. Atilio Fraterno) Dianiensem fortasse fuisse hunc M. Atilium Fraternum, qui domi suae et Tarracone curaverit, (ut saepe alias factum videmus) duplex exstrui monumentum, quoniam utrobique ab auctoribus collocatur? Sed ex propinquitate Dianii nullus est coniecturae locus, si credimus Florezio: cuius bona pace dixerim, vero similius esse, propinquos et amicos in vicinis et finitimis locis, quam in longinquis regionibus invenire. Multo minus ad rem facere videtur, quod ex inscriptione *Deorum Manium* sepulcrum (*n*) inferat Historicus, et quod vero simile esse dicat, Tarracone mortuum videri L. Gratium, quum Flamen esset huius provinciae. Quid enim? multos praetermittens casus rerum humanarum, et varia rerum discrimina, quae hanc non dicam opinionem, nec coniecturam, sed divinationem omnino incertam faciunt, numquam ne reverti debuit in patriam L. Gratius? reversus non potuit in ea, aut in finitimis patriae locis obire? Quod Tarracone exstructum monumentum videamus, nihil certe probat, quandoquidem exploratum est, propter celebritatem huius civitatis multa in ea collocata fuisse monumenta, ut magis perpetua fieret vita functorum memoria, uti liquet ex solo monumento, quod Florezius affert *cap. XXIII. num. 2.* ubi ...

(*n*) Quae pertinent ad hunc locum, reperies in Finestresio vindicato a *cap. XI. num. 25. pag.* 114., ubi id ipsum refutavimus.

ubi hic idem auctor tibi abunde satisfaciet, asserens propter hanc caussam Segobrigenses monumentum L. Annio Cantabro Tarracone posuisse. Quod si ista non placent Florezio, suo sensu abundet per nos licet: neminem enim voluit constringere Finestresius, sed per modum coniecturae modeste proposuit, quod sibi probabilius in huiusmodi caussa videbatur. Desinat tamen urgere aliquid Historicus, nec velit premere Finestresium: et in re, in qua ipse nihil certius, nihil probabilius invenit, non est cur de Finestresio dicat: *esta distancia no hace al caso*: aliorum enim, non Florezii, debet esse iudicium, an magis belle coniectum videatur, quod Historicus dicit, Tarracone mortuum videri L. Gratium, et unum huic in hac urbe positum fuisse monumentum, nihil respondens Apiano, qui hanc inscriptionem Dianio tribuit.

Inflantem paullo vehementius Florezium audiamus, qui *num.* 33. haec habet: „ Finestres admitió „ aqui *pag.* 128. la inscripcion, que pone *Roig* en el „ *Resumen Historial de Gerona pag.* 402. de un *Q.* „ *Licinio Floro*, a quien hacen primer Flamen de la „ Tarraconense, i me hizo mucha dificultad su pri„ mera leccion, despreciandola como nueva, i me„ nos perceptible segun la estampa Finestres, que se „ descuidó en omitir una diccion en la ultima linea. „ Pero maior descuido fue admitir como legitimo „ lo que debia reputar apocrifo, inventado cerca del „ año 1642. (en que ponen la invencion de la piedra „ en Tarragona) para autorizar el fingido Chroni„ con de Liberato (a quien cita Roig) i hallada uni-

„ ca-

„ camente entre las del Canonigo *Besora*, sospechoso „ para Finestres, segun lo que reconoció en la *pag.* 40. „ sobre otra inscripcion fingida de Hadriano: " Non est cur hic tantopere irascatur Florezius, et tanto impetu irruat in Finestresium, quem non potest inimico calamo transfigere, quin in unam eamdemque ruinam trahat et Gasparem Roig, et Hieronymum Besora Canonicum Ilerdensem, doctissimumque virum, quorum auctoritate vindicatur haec inscriptio ab illegitimi partus nota, quam ipsi Florezius inussit. Primum etenim Gaspar Roig ita loquitur (*o*) „ Cumpliremos con nuestra palabra refiriendo de „ paso lo que se halla acerca de esto en el Chronicon „ de Liberato, donde se lee, que floreció en Gerona „ Licinio Floro Poeta i Orador insigne.... i que es- „ te linage (Liciniorum) estuviese propagado en es- „ ta nobilissima Ciudad consta irrefragablemente de „ una inscripcion, que hai en la basis de una esta- „ tua, que fue hallada en Tarragona el año de mil, „ i seis cientos, i quarenta i dos cavando en aque- „ lla parte, por donde cerca del Convento de los „ Religiosos Observantes de S. Francisco se baja al „ mar, la qual con otras fue servido el Doctor i Ca- „ nonigo de la S. Iglesia de Lerida Geronimo Besora „ varon doctisimo, con quien tuve mui estrecha „ amistad, i grande comunicacion, participarme, „ i aun declararme el año de 1663. la qual pondré- „ mos aqui cet. " Si diligenter attendimus illa verba: *consta irrefragablemente de una inscripcion, que hai*

(*o*) *Tercera parte del Resum. Histor. cap. I. pag.* 401.

hai èn la basis de una estatua, que fue hallada en Tarragona el año de 1642. duo videbimus in hac oratione includi: alterum, in basi cuiusdam statuae fuisse inscriptionem, tempore scilicet, quo scribebat iste auctor; (nam illorum verborum *de una inscripcion, que hai*, haec vis, atque potestas est, ut ad praesentia debeant, non vero possint ad praeterita et anteriora tempora referri) alterum, hunc lapidem ann. 1642. inventum fuisse. Iam si ita est, nescio profecto, quo modo possimus repudiare huius viri testimonium. Fuerit enim ita sane. Aliquis ex veteratoribus et falsorum Chronicorum artificibus, quibus superiora tempora abundarunt, usus fuerit hoc litterato lapide, ut indicare videtur Florezius, ad conciliandam fidem et auctoritatem Liberati Historíae. Si quis etiam velit addere, non esse serenioris famae Gasparem Roig, et fortasse aliquam (*p*) operam in hanc rem contulisse, non luctabor amplius, aliisque

(*p*) Facile quidem esset negotium purgare Gasparem Roig ab hac suspicione, qua laboravit aliquando. Sed nolo in longam disputationem ingredi. Interim Lectorem mitto ad Hyacinthum Segura in opere, cui titulus est: *Norte Critico* cet. *Discurso VI.* ex quo loco non possum non aliqua exhibere. In §. 9. *division.* 3. *num.* 15. ait: *No se atribuie la suposicion de estas fabulosas obras* (Liberati) *al erudito P. Roig, sino al encubierto Antonio de Nobis con el decoroso aspecto de D. Antonio Lupian de Zapata, como queda dicho num.* 1..... : *Asi no hai causa contra el P. Roig...... ni necesita de defensa en el punto de impostura, i suposicion.* Sed homini scilicet bono, minimeque cauto malus imposuit sacerdos, a quo tamquam Liberati opus accepit manu scriptos codices, de quo vid. laudatum Segura, qui de hac re edisserit in eod. loco *Discurs. VI.* §. 9. *divis.* 1. et *num.* 6. ait: *En una de las cartas del P. Lector Jubilado Roig ...... se dice del Chronicon de Liberato: io le he rescatado por ocho doblones, como quien conoció luego el oro, que habia en aquel destrozado quaderno, i maltratado.* Carbonem tamen pro thesauro invenit. Consulendus super hac re Nic. Ant. *Bib. Vet. lib. VI. cap. XXII.*

que hanc caussam defendendam libentissime relinquam. Ego tamen, quamvis fabula fuerit totum Liberati Chronicon, et ad conciliandam fidem huic Historiae veteratores usi fuerint illo marmore; quod tamen de istius inventione prodit Roig, verissimum iudico. Quis enim credet, hunc hominem tam perfrictae fontis, atque adeo stupidum fuisse, ut opus suum in lucem publicam emittens ann. 1678. falso asseveraret, et typis mandaret, repertum fuisse Tarracone hunc lapidem ann. 1642. quum non possent non esse multi, qui huius rei recordarentur, et in tam recenti memoria deberent esse testes impudentiae suae? Quis sibi persuadebit, adeo periisse frontem de rebus, ut idem affirmaret tunc temporis Tarracone existere hanc inscriptionem, et designaret locum, in quo reperiebatur, si totum id fabula esset? in quo debuisset profecto improbitas, nequitia, et scelus cum summa stultitia et temeritate coniungi.

Sed nunc denuntiandum est testimonium Hieronymo Besora, ex quo non potest non multum roboris huic caussae accedere. Iste praeclarissimus vir ann. 1663. communicavit cum Gaspare Roig huius inscriptionis exemplum, simulque etiam ostendit, qua interpretatione putaret, explicari posse hoc monumentum, ut constat ex supra laudato loco: nisi forte volumus manifestam etiam in hoc loco imprudentiam nostri Gasparis deprehendere, eumque mendacem et insigniter improbum asserere in hoc, quod refert de Canonico Besora. Sed non tantum detrahere voluit huic religioso viro Florezius, qui

aliam

aliam exceptionem Hier. Besora, quem testem huius rei produximus, opponit: quam videlicet? quod vel consentiente Finestresio Besora suspiciosus sit. Primum Finestresius numquam suspectum habuit Canonicum Ilerdensem, neque hunc dubiae, aut sublestae fidei umquam accusavit: sed in *Clas. II. num.* 14. qui locus affertur ab Henrico, ait: „ Ex schedis „ Canonici Ilerdensis Iosephi Hieronymi Besora vi„ ri doctissimi nonnullae proferuntur inscriptiones, „ partim luxatae, partim corruptae: nescio an illius „ vitio, an describentium" quod multum sane distat ab exceptione opposita. Neque hoc monumentum depromptum fuit ex schedis, quod quum fit, multa vitio describentium peccantur; sed ab ipso Canonico vivente missum ad Gasparem Roig. Confirmat id vel maxime, quod Flori cognomen non ignotum in Catalaunia sit, (*q*) quum in *Clas. I. num.* 23. *Syllog. Fin.* exhibeatur nobis Cornelius Florus, et in *Additione Inscr. Rom. Cervariae edita ann.* 1769. occurrat *in pag.* 9. Cornelia Flora: ut minime mirer alterum in hac provincia fuisse Florum Gerundensem, cui dedicatum fuerit monumentum, de quo hucusque egimus.

Hac criminationis parte, quae nihil habet fundamenti refutata, iniuriarum etiam agimus cum Florezio propter illa verba: *i me hizo mucha dificultad su primera leccion, despreciandola como nueva, i menos perceptible segun la estampa Finestres, que se descuidó*

N

(*q*) Notissimi sunt etiam in Catalaunia Licinii, quorum multa occurrunt monumenta. Vid. *Syllog. Fin. Clas. III. num.* 30. 31. *Clas. VI. num.* 21.

cuidó en omitir una diccion en la ultima linea, quorum utrumque falsum est: neque enim Finestresius dictionem in ultima linea, (quod exaggerandi criminis caussa videtur appositum) sed duas in una dictione litteras omisit, quoniam Roig habet *P. MAC. D. D.*, Cervariensis Academicus *P. M. D. D.* Deinde quod ait, minus ad intelligentiam accommodatam esse lectionem Finestresii, nemo sibi id umquam persuadebit, quoniam sigla illa *P. M. D. D.* commodum habent et notissimum sensum, quem illis tribuit Finestresius, *Positum Monumentum Decreto Decurionum*: obscurior certe manet lectio Gasparis Roig, qua nobis incertum relinquitur an fuerit Macer, an Maclonius, an Macrinus, an Macrobius, qui monumentum posuit. Quod autem Finestresius omiserit duas litteras, in culpa esset maxime reprehendenda; nisi veniam nobis polliceremur ex ipso Florezio, qui hanc, ut opinor, non gravate concedet, si cogitet a se ipso in descriptione inscriptionis, quam affert *cap. XVII. num.* 18. non dicam duas litteras, sed integram lineam fuisse praetermissam; et tres alios versus integros in tribus aliis monumentis diligentissimum cetera scriptorem praetermisisse, ut adnotavimus supra.

Multo magis, quamquam illa maxime, contemnenda videntur quae Florezius dicit *in num.* 37. ubi haec reperies: „ Aqui propone Finestres como exis-
„ tente en Tarragona la inscripcion de Grutero *pag.*
„ *CCCCXXXVIIII.* 5. de C. *Naeo* Munacio: pues aun-
„ que vió a Fabretto, i Ligorio, que la reconocen en
„ *Nomento* de Italia, creió estaria en ambas partes.

„ Pero

„ Pero no tenemos fundamento para asegurarla en
„ Tarragona, corregido ia por Grevio el error de
„ Grutero: ni hai Español, que la viese acá: ni la
„ piedra tiene letra, que favorezca, o tenga conne-
„ xion con Tarragona." Haec omnia nulla refutatione indigent, et per se ipsa concident proposito Finestresii commentario ad hanc inscriptionem, quae est in *num.* 41. *Clas. III.* „ Multa continet, inquit,
„ hoc marmor, sed parcus ero in eo exponendo;
„ nam valde incertus sum an ad nos pertinuerit.
„ Quamvis enim Gruterus ex Onufrio illud tribuat
„ Tarraconi; adversatur tamen Fabret. *p.* 29. *lit. A*, qui
„ prostrare illud se reperisse affirmat ad aedem S. Geor-
„ gii prope Nomentum, cum quo convenit etiam
„ Ligorius ..... Verum quum fieri potuerit, ut utro-
„ bique fuerit positum, quod non semel in aliis ob-
„ servari licet, idcirco nonnulla cursim adnotabo."
Ego certe, nisi cavillari volumus, et Lectorum abuti patientia, non video, quid in Finestresio reprehendi possit; nec candidi, atque ingenui videntur esse scriptoris illa verba: *aqui propone Finestres como existente en Tarragona la inscripcion de ..... Cnaeo. Munatio*, quum Finestresius de ea dicat: *valde incertus sum an ad nos pertinuerit.* Nec minus de industria videtur illud appositum: *creió estaria en ambas partes*, quum tantum dicat, *potuisse fieri, ut utrobique fuerit positum* hoc monumentum: quod satis certe caussae erat, ut se accingeret ad istius explicationem, in qua se futurum esse parcum propter hanc rem praemonuit. Sed cur tandem fieri non potuit, ut utrobique esset? Nam quod uni eidemque diver-

sa fuerint dedicata monumenta, extra controversiam est, quum ipse Florezius *cap. XXII. num.* 23. dicat: *a una misma persona se hacen varias dedicaciones, como vimos en L. Cornelio Celso ..... i el mismo Finestres reconoce siete inscripciones puestas en Barcelona a un mismo L. Licinio Segundo.* At nullum, inquit Florezius, habemus fundamentum, ut dicamus Munatiò Tarracone alterum, alterum Nomenti fuisse positum monumentum: nec enim Hispanus est aliquis, qui illud in hac provincia viderit, nec aliquid item in inscriptione est, quod Tarraconem prodat. Quam multa, si valeret haec argumentandi ratio, repudianda essent antiqua monumenta, quae nobis iure optimo vindicamus, postquam in lucem prodierunt tamquam ad nos pertinentia ex schedis alicuius eruditi viri, qui quamvis Hispanus non sit, plenam apud omnes fidem facere debet? Quam multae, quam infinitae sunt inscriptiones, in quibus nec minimum vestigium est, ex quo colligi possit locus, in quo collocatae fuerunt? Quid? non potuit inventus Tarracone lapis Nomentum asportari? Florezius *cap. XX. num.* 37. ait: *Alli mismo pone Lazio una inscripcion, que menciona los adornos Decurionales, i la reduce a Tarragona en esta forma ..... Grutero pag. CCCCLXXXII. 2. la pone con Mazochio en Roma: pero la pudieron llevar allá.* Cur non idem dici potest de Cnaeo Munatio? Gruterus cum Onufrio hanc inscriptionem Tarraconi tribuit: Fabrettus et Ligorius hanc Nomenti viderunt: *pero la pudieron llevar allá.* Idem Florezius auctor est *cap. XVII. num.* 8. a Tergesto Venetias usque transporta-

tum

tum fuisse simile monumentum. Quid? in *cap. XXV. num.* 93. memorat elegantissimam inscriptionem Tarracone Romam transmissam. Cur autem vetera et longinqua commemoro? initio huius seculi multa quidam eruditi Angli huius generis monumenta ex Tarraconensi agro in Britanniam advexerunt, quod cum multi alii, tum etiam testatur praeclarissimus vir Emanuel Martinus, cuius haec sunt verba in *lib. XI. epist. IIII. Per proxima bella, quum eruditi quidam Angli Tarraconensem agrum diligentius lustrassent, magnam inscriptorum lapidum vim duabus onerariis impositam in Magonis portum miserunt, ut inde in Angliam aveherentur. Etiam in Galliam nonnihil adductum.*

Verum demus, haec omnia nihil persuadere Florezio. Quod tandem crimen est, collocatum hoc monumentum inter alia Tarraconensia breviter explicavisse? quum ipse Finestresius Lectorem admoneat, se valde incertum esse, an ad nos pertineat. Qua quidem in re, ut exemplo ipsius Florezii Cervariensem Academicum defendam, alterum eiusdem auctoris locum producam: nihil enim mihi tam antiquum est, quam ut suo gladio, quem in Finestresium strinxerat, se iugulet Florezius. Iste in *cap. XXV. num.* 52. inter Tarraconensia monumenta affert inscriptionem Diis Manibus Iulii Frontonis dedicatam, quam idem scriptor in subiecta explanatione concludit, Salmanticae tribuendam esse, numquam vero Tarracone fuisse. Idem auctor in *cap. XXII. num.* 29. proponit inscriptionem, quam minime vult inter Tarraconenses numerari: et

de

de utraque dici posset, saltem de prima (nam quod ad secundam attinet, propter titulum *Dudosa*, quem inscriptum video, nollet convenire Florezius) sed tamen de altera Salmanticensi dici posset, quod de Finestresio Historicus ait: *aqui propone el Rmo. P. M. Florez como existente en Tarragona la inscripcion..... pero no tenemos fundamento para asegurarla en Tarragona*. Clamabit hic et insurget Historicus, hoc iam monitum fuisse Lectorem in commentariis suis: id ipsum monuerat Cervariensis Academicus, nec tamen potuit declinare impetum Historici: qui eo minus venia dignus est, quod idem nullo relicto dubitationi loco contendat, illum lapidem Frontonis Salmanticensem fuisse; Finestresius autem putet, fieri potuisse, ut ad Tarraconem pertinuerit inscriptio Cn. Munatii. Quare omittat urgere Florezius, quod nulla vituperatione dignum est: et quod ipse sibi tanta libertate vindicat, nulla caussa est, cur in aliis reprehendat.

A *num.* 37. ad proximum immediate *num.* 38. descendemus, ubi posita hac inscriptione

L. NEMESIO. L. F. PALPEIO
TARR. OMNIBV: H. IN. RE. S. F
FLAM. P. H. C

ait Historicus. „ Duda Finestres (*pag.* 86.) si ha de „ leerse *Numisio* en lugar de *Nemesio*: pero aunque „ pondrémos otros Numisios, no debe mudarse el „ nombre, constando por otras inscripciones ser „ antiguo el *Nemesio*, como verás en la del *tom.* „ *XII.*

„ *XII. pag.* 293. puesta a *Julio Nemesio*. Reparó bien
„ Finestres en si la voz *Palpeio* debia separarse de
„ modo que PAL denotase la tribu *Palatina* (como
„ en otras) i el PEIO fuese apellido , aunque no co-
„ nocido. Pero como hai inscripciones sin tribu , i
„ se conocen *Palpelios i Palpios* , puede quedarse el
„ *Palpeio* con ellos. " Qui semper infensum et ini-
micum in Cervariensem Academicum Florezii ani-
mum demonstravimus , dissimulare non possumus,
aliquando alias , uti nunc hic , ab eodem Historico
laudari Cervariensem Academicum : pro quo tam
incredibili beneficio maximas gratias ageremus , ni-
si his ipsis in locis , in quibus laudatur , per cuni-
culos nomen , et gloria Finestresii oppugnaretur.
Lectores enim quum videant Florezium de Finestre-
sio in hoc loco dicere *reparó bien* , eisdemque ver-
bis usum fuisse *in cap. III. num.* 22. ; quum de eodem
videant affirmari in *cap. XX. num.* 17. *discurrió bien*,
num. 52. *explicó bien* , *cap. XXIIII. num.* 19. *citó*
bien , *num.* 20. *notó bien* , *num.* 23. *corrigió bien*,
num. 39. *corrigiólo por buen discurso* ; *cap. XXV. num.*
19. *bien rebatida por Finestres* , *num.* 79. *previene*
bien ; putabunt candidum quidem et ingenuum fuis-
se Florezium in eo , in quo nescio quae mihi calli-
ditas subolet. Nam id ipsum laudare in his locis , in
sexcentis aliis reprehendere , in ceteris nullam men-
tionem facere huius scriptoris , quem ignorare ne-
mo potest , eadem monumenta , quae Florezius , ex-
plicavisse ; persuadere videtur , in hoc tantum sym-
bolam contulisse Finestresium ; in aliis vero aut ma-
le emendavisse , aut non bene cogitasse , vel saltem

ni-

nihil praeclari attulisse ex his, quae Florezius affert: nam hic, iudicabit Lector, eodem candore animi, quo cetera, hoc quoque tribuisset.

Nunc vero ad propositam inscriptionem revertamur. Nobis in hoc loco assumimus, quod vel ipse Historicus concedit, optimo quidem niti fundamento, quod ait Finestresius, verbum illud PALPEIO dividendum esse, ita ut τὸ PAL tribum significet Palatinam: quod si ita est, dubium, quod habuit Finestresius, ut putaret fortasse legendum esse *Numisio*, non tollitur a Florezio. Nam, quod ait antiquum esse nomen Nemesii, non repugnamus quidem: sed huc redit Finestresii coniectura. Quatuor in Sylloge Finestresiana leguntur Numisii, scilicet in *Clas. III. num.* 6. *et.* 18. et *Clas. IIII. num* 38. *et* 39.: hi omnes fuerunt ex tribu Palatina: praeterea duo ex his dicuntur Tarraconenses: igitur fortasse, ait Finestresius, hic pro *Nemesio* legendum est *Numisio*, quum Numisiorum familia cognita fuerit in hac provincia, et tribulis fuerit Palatinus, et Tarraconensis, uti etiam alii. Hunc scrupulum non exemit Historicus: sed erit huic venia danda, quod duos errores eiusdem Finestresii detexerit in *num.* 43. *et* 44., quorum in primo palam facit, Cervariensem Academicum tres litteras omisisse in una inscriptione; in altero hunc tribuisse Barcinoni quoddam monumentum auctoritate Apiani et Schotti, quod tamen iidem auctores Tarraconi tribuerunt. Quae minutissima peccata magnis compensata virtutibus nec erant indicanda quidem, praesertim ab eo, qui cum saepe alias, tum etiam in hac eadem

pagi-

pagina in hoc peccavisset, vitiose ponens *col.* 1. *lin.* 7. COHORT pro CHORT, et in *lin.* 29. omittens litteram A in verbo POMPAELONENSI. Sed de his iam satis, et nunc tantisper a criminationibus respirans Finestresius redibit ad pugnam cum Florezio, aut ab hoc, quod proprium est, iure suo vindicabit.

In *num.* 45. hanc ponit inscriptionem Florezius

M. PORCIO. M. F
ANIENS. APRO
II. VIRO. PRAEFEC
FABR. TRIB. MILIT
LEG. VI. FERRAT
PROC. AVGVST
AB. ALIMENTIS
FLAMINI. P. H. C
. . . . P. H. C

„ Apiano, inquit Historicus, estampó AMENS en „ lugar de ANIENS, que denota la tribu Aniense..... „ Demas de Duumvir fue Porcio Prefecto de los „ Fabros, Colegio mui nombrado en inscripciones, „ compuesto de Oficiales diestros en trabajar made- „ ra i hierro para uso de la guerra, maquinas, tor- „ res, carros, i quanto conducia para batir o de- „ fender las fortalezas. Era tambien Tribuno en la „ Legion sexta Ferrata, i Procurador Augustal de lo „ perteneciente a la casa Imperial acerca de alimen- „ tos. A este por ser Flamen de la Provincia le erigie- „ ron esta memoria: la qual con otras prueba, bus- „ caban personas mui condecoradas para el cargo de

„ Flamines. “ Haec omnia reperies in *Clas. III. num.* 13. , ubi ita Finestresius. „ Perperam ex Morali (r) „ apud Puiadesium scribitur *Amens* pro *Aniens*, „ hoc est ex tribu Aniensi .... Huic M. Portio „ Apro Flamini provinciae Hispaniae Citerioris hoc „ μνημόσυνον posuit provincia Hispaniae Citerioris, uti „ viro honoratissimo : nam et Duumvir erat , et „ Praefectus fabrorum, qui scilicet praeerat artifi- „ cibus castra sequentibus, veluti ferrariis, ligna- „ riis, carpentariis, ceterisque, quorum opera cas- „ tris et urbium oppugnationi necessaria paranda „ erant : ac praeterea Tribunus erat militum Legio- „ nis sextae Ferratae .... Denique erat Procura- „ tor Augusti ..... ab alimentis, quo nomine non „ intelligo officium servile, quo fungebantur ple- „ rumque servi, vel liberti, veluti qui erant a fru- „ mento, a calida, a balneis ...... sed puto fuisse „ Procuratorem, cui ab Imperatore commissa erat „ cura conquirendi parandique res ad alimenta do- „ mus Augustae necessarias. “

In *num.* 47. non intelligo, cur iterum exhibere debeat Historicus inscriptionem, quam iam integram dederat eodem *cap. num.* 10.

Antequam accedamus ad *num.* 50. ubi impugnantem videbimus Florezium, non possumus non animadvertere, ex duplici, quam affert correctionem Historicus in *num.* 49. , alteram fuisse iam a Primario Emerito in *Clas. III. num.* 19. occupatam, alteram vero sagacissime odoratam, aut potius adnota-

tam.

(r) Apianum sine dubio citare debuerat Puiadesius.

tam. Sed iam ad *num.* 50. veniamus. „ Finestres
„ *pag.* 88. junta con esta voz (EDETANO) la de
„ *Cerealis*, entendiendo por ella, que M. Valerio
„ fue en Edeta Cereal; esto es, que presidió los jue-
„ gos hechos en honor de Ceres. Pero no era el Pre-
„ sidente de las fiestas el que se decia Cereal, sino
„ los mismos juegos. En el caso presente es apelli-
„ do *Cerealis* como en otros: i determinadamente
„ conocemos otro Afranio *Cereal Tarraconense*, que
„ se pondrá en el *cap. XXIII. num.* 16. i prueba no
„ ser desconocido este apellido en Tarragona. " Ego
quum videam Aediles, ad quos pertinebat cura ludorum, qui Cereri fuerant consecrati, appellatos fuisse (*s*) *Cereales*, sub iudice manere litem existimo; incertumque nobis esse, an iste M. Valerius Praeses ludorum fuerit, an cognomine *Cerealis*, uti voluit Florezius, cuius sententia mihi magis arridet. Sed optarem tamen, ut eam sin minus timide, attamen non tanta confidentia proponeret, nec quasi ex tripode funderet Historicus: *en el presente caso es apellido Cereal*, quum huic refragetur opinio Finestresii, cuius fundamentum non est satis adhuc a Florezio refutatum. Quod enim ait, *Pero no era el Presidente de las fiestas el que se decia Cereal, sino los mismos juegos*, non habet id quidem omnes numeros veritatis; siquidem ludi *Cerealia* dicebantur. Iam si urgeat Florezius, quum *Cerealis* ponitur tamquam nomen adiectivum, ludos dici Cereales, hoc

 ipsum

(*s*) Vid. inter alios eruditissimum Ludovicum Vivem in *S. August. de Civ. Dei lib. VI. cap.* 20.

ipsum sine ulla controversia dicitur de Praesidibus ludorum, ut adnotavimus supra. Animadverte praeterea, Lector, illa verba: *i determinadamente conocemos otro Afranio Cereal Tarraconense, que se pondrá en el cap. XXIII. num.* 16. *i prueba no ser desconocido este apellido en Tarragona*, ita esse intelligenda, ut indicent, (contra quam significare posse videntur) cognomen *Cerealis* Romanorum quidem tempore non fuisse Tarracone incognitum; attamen nostra aetate (quod ni ita esset, gravior in Finestresium culpa redundaret) ab omnibus ignoratum: quoniam ipse Florezius loquens de inscriptione, quam in hoc loco affert, ait *cap. XXIII. num.* 16. *Lo mas notable, por no haber sido conocida de nuestros escritores, es una inscripcion conservada en Narbona, cet.* Sed nunc erit operae pretium ostendere, Florezium egregie falli in eo, quod putet Afranium Tarraconensem, cuius meminit Narbonensis inscriptio, fuisse Cerealem; quamvis non idcirco omnino improbem sententiam suam de cognomine *Cerealis*.

In *cap. XXIII. num.* 16. haec ponitur inscriptio

L. AFRANIVS. CEREALIS. L
EROS. IIIIII. AVG. DOMO. TAR
RACONE. OSPITALIS. A GALLO
GALLINACIO. AFRANIA. CERIA
LIS. L. PROCILLA. VXOR. AFRANIA
L. LVRANIE. F. ANNORVM. XI
HIC. SITA. EST

„ Este Lucio Afranio Cereal liberto de Eros, Sevir
„ Au-

„ Augustal, era natural de Tarragona, cet. " Principio ex eo, quod uxor Afranii *Cerialis* dicatur, posset dubitatio incidere, utrum etiam maritus Cerialis esset: sed aequius tamen videretur, cognomen mulieris ex mariti cognomine corrigere. Nunc autem vide, quam multa in paucis Historici verbis contineantur absurda. Primum si hic L. Afranius patronum habuisset Erotem, in inscriptione non poneretur EROS, sed EROTIS; et legeretur *L. Afranius Cerealis L.* hoc est, *Libertus Erotis.* Deinde quis umquam ante hanc aetatem audivit, Erotem ullum dici alicuius liberti patronum. Nomen Erotis est nomen proprium servitutis, quod nulli patrono accommodari potest. Vlpianus in *L.* 5. §. *ult. de Rei Vind.* ait: *Si plures sint eiusdem nominis servi puta plures Erotes cet.* Adde *L.* 32. §. 2. *D. de Test. tut. L.* 11. *D. de Opt. v. elect. leg. L.* 12. *de Liberat. leg. L.* 38. §. 1. *D. de Leg. III. L.* 56. *D. de Fideic. Libert. L.* 9. *D. Qui pot. in pig.* Adde Ant. Augustinum *de Nominib. Pand. verb. Eros*, et Menagium in *Amoenitat. iur. cap.* 31.: ex quibus omnibus locis manifesto convincitur, hoc nomen Erotis esse proprium servitutis. Praeterea si vult Florezius, Afranium hunc fuisse Cerealem, eadem coniectura ducetur credo, ut velit uxorem suam Cerialem aut Cerealem fuisse. Iam si ita est, cuius erit liberta Afrania Cerialis? non poterit esse liberta Procillae, quia Procilla ponitur in recto casu: quid deinde sibi volet illud *Procilla* in hoc lapide?

Ego malim legere ita, ut statuamus Afranium non fuisse Cerealem, sed Cerealis libertum; et pariter

riter

riter Afraniam Procillam Cerealis aut Cerialis libertam exstitisse. Sic enim sibi constabunt omnia, et videbimus notam compendiariam libertinitatis post patronum indicatum, ut moris est, et ante cognomen ipsius liberti positam: nec deducemur ita in illud absurdum, in quod incidit Historicus, dum servili nomine designari vult patronum L. Afranii. Nihil habet ergo fundamenti Florezius in hoc loco, quo se putabat premere Finestresium; quamquam non idcirco dimoveor a sententia, in quam antea inclinavi, de cognomine *Cerealis*. Lector autem iam nunc animadvertat, solere titubare, atque etiam labi Florezium, ubi nondum a Finestresio tritum, (*t*) et explanatum iter invenit. Nunc vero revertamur ad inscriptionem, de qua antea agebamus. Quod ait Historicus *num.* 51., in versu nono illius inscriptionis legendum esse A. T. posita inter unam et alteram litteram interpunctione, in hoc non tam reprehendere Finestresium, quam gratulari Florezio debemus, quod casu quodam inciderit in apographum exaratum fidelius, quam quod habebat Gruterus.

Nihil est necesse dicere de *num.* 52. quae enim ad hunc locum pertinent, occupata iam sunt a nobis, quum agebamus de *num.* 16. *cap. XII.* Gradum faciamus ad immediate proximum *num.* 53. ubi posita inscriptione, quae C. Vibio Porciano Quintio Italiciano Libisosano dedicata fuit, Florezius ait: „ Este „ te *C. Vibio Porciano Quintio* tenia por ultimo ape-„ llido

(*t*) Clarius id liquebit ex Finestresio vindicato a *cap. XXII. num.* 35.

„ llido Italiciano: pues aunque habia en la Betica „ un pueblo llamado *Italica*, no se denota por patria „ del presente, que era de Libisosa .... pues de „ Italica salia *Italicense.*" Audi nunc Cervariensem Academicum super idem argumentum *Clas. III. num.* 56. „ C. Vibium patria fuisse Libisosanum ma„ nifestum est: neque ignotum quae fuerit colonia „ Libisosa in Oretanis ad caput Anae fluminis...... „ Sed cur *Italicianus* vocatur? quod ad Italicam re„ ferendum videtur .... vel potius, quod ve„ rius puto, Italicianus ex alia caussa appellatur, co„ gnomine scilicet, non a patria, aut a gente de„ sumpto: nam ab *Italica* perpetuo dicuntur *Itali„ censes*, non *Italiciani.*" *Lo mismo escribió el R.mo P. M. Florez sin atribuirlo a Finestres.*

Finem huic capiti imponemus refutato Florezio, qui in *num.* 55. discedens a Finestresio novam molitus est condere gentem in Gallaecia ab antiquis Geographis prorsus ignoratam. Res ita habet: profertur ibi inscriptio, quae Tarracone existens, et recenter descripta ab eruditissimo iuxta ac sapientissimo huius seculi viro Don Francisco Perezio Baierio, S. Toletanae Ecclesiae Canonico et Thesaurario, Regiaeque Proli a sapientissimo Rege nostro CAROLO III., (quem Deus nobis diu sospitem et incolumem servet) erudiendae praefecto, cum duplicato legitur cognomine Reburri; nisi alteram dictionem REBVRRO intelligere velimus de patria M. Vlpii, in quo gravior est difficultas, quam putabat Florezius, ut intelliget Lector exhibita primum inscriptione, et Florezii commentario

M.

M. V L P I O
R E B V R R O
C. FIL. QVIR
R E B V R R O. EX
5 BRACARAVG
O M N I B V S. H
IN. REP. SVA. FVNC
F L A M. P. H. C
P. H. C

deinde Florezius : „ La piedra original repite el RE-
„ BVRRO con dos RR segun la copió D. Francisco
„ Perez citado por Finestres, que juzga sobra la una
„ expresion. Pero suponiendo, que la piedra tiene
„ las dos, como las tiene, conviene mantenerlas
„ aplicando la primera al apellido, la segunda al lu-
„ gar de la patria : pues en Galicia habia *Tiburos*, *Ci-*
„ *gurros*, i *Reburros* como leerás en el *tom. XVI.*
„ desde la *pag.* 12. i en la 14. dimos la inscripcion
„ de L. Pompeio L. F. de la tribu POMptina Rebur-
„ ro, que era su apellido. Al modo pues de la Capi-
„ tal de los *Tiburos i Cigurros*, parece hubo otra de
„ *Reburros*, por la qual se apellidaban algunos, co-
„ mo el citado i el presente *M. Vlpio Reburro.* " Quamvis Reburri permisceantur in hoc loco cum Tiburis, et Cigurris, constanter tene, (quod ex eodem Florezio constat) Tiburorum et Cigurrorum nomina propria esse gentis, non virorum cognomina ; et e converso nomen Reburri cognomen esse viri, nullius gentis proprium. Ego malim dicere, quadrata-
rii

rii inscitia abundare, atque expungendum esse secundum versum, quam hoc tam debili fundamento asserere, inter Gallaecos fuisse Reburrorum gentem ab omnibus Geographis praetermissam. Quid? quod si dicimus cum Florezio, in REBVRRO secundi versus cognomen esse positum, in REBVRRO autem quartae lineae designatam patriam; sequatur necesse est, ut videamus cognomen ante tribum collocatum, quod nusquam in tota (*u*) Antiquitate apparet. In quo ego maxime admiror, non animadvertisse doctissimum virum, quod nec mediocriter instructos fugit: nec latuisset Florezium, nisi praeceps in hoc opere et transversus fuisset actus: ipse enim *cap. XXIII. num.* 14. ait: *no era estilo Romano poner la tribu despues del apellido, sino antes.* Quum aeque inusitatum sit apud Romanos, ante tribum et cognomen collocari patriam, quod non ignorant ii, qui primoribus labris hanc scientiam degustaverunt; necessario consequitur ut τὸ REBVRRO secundi versus nec cognomen, nec patriam significare possit. Superest ergo, ut cum Finestresio dicamus, abundare illud REBVRRO.

(*u*) In Romanis monumentis videbis semper tribum ante cognomen collocatam, ut videre potes in *Clas. III.* Finest. *num.* 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 12. 13. 14. 15. 16. 18. 19. 23. 24. 25. 27. 28. 29. 30. 35. 36. 37. 53. 56. 63. 65. *Clas. V. num.* 3. 4. 5. 16. 26. 32. 33. 35. 40.; patriam post cognomen *Clas. III. num.* 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 21. 22. *Clas. V. num.* 35. et passim alibi. Ex Grutero infinita possem adducere testimonia: sed non semper hunc in promptu habeo, qui ut Finestresius, debeo hunc librum in aliena bibliotheca evolvere. Vid. Fabret. *cap. IIII. pag.* 337. seqq. Sed haec notissima sunt.

FINESTRESIVS VINDICATVS *a cap. XVIIII. volum. XXIIII. Hisp. Sacr.*

ATtentata est, ut saepe alias, Finestresii industria in *num.* 29. huius capitis, quod indicium illud sepulcralis inscriptionis D. M., quod unam interpunctionem, (quam magnum peccatum!) omiserit, et Lucium appellaverit, quem Marcum dicere debuisset. Ego satis huic loco responsum a nobis arbitror, quum plaustra huiusmodi erratorum ex opere Floreziano dedimus. Ibi videbis idem illud indicium D. M. omissum fuisse ab Historico in inscriptione, quam affert *cap. XXV. num.* 37.; ipsumque Florezium appellavisse Nummium, quem Mummium, Celsiam quam Celsam dicere debuisset; ab eodemque non dico unam interpunctionem, sed quinque lineas interpunctionibus indicandas, et tres integros versus ab eodem Homero dormitanti fuisse praetermissos. Sic ubi nominabit Phaedriam, ego Pamphilam continuo. Quoniam vero hanc eamdem cantilenam saepe canit Historicus, nos redibimus ad iteratam alias orationem de Venere Latinilla.

In *num.* 31. haec habet Florezius

L. ATILIO. P. F
ZONTI. IIIIII
VIR. AVG. ATI
LIA. ALCYON
FRATRI. DVLCISSI
MO

„ Es-

„ Estos eran descendientes de Griegos, segun el ape-
„ llido *Zonti* (que es en latin *viventi*) i el de la her-
„ mana Atilia *Alcyon*, voz adoptada por los Lati-
„ nos para la ave maritima de aquel nombre. " Fines-
tresius *Clas. III. num.* 49. ad eamdem inscriptionem
haec. „ Cognomina Zontis, hoc est *viventis*, et
„ Alcyones marinae avis nomen arguunt, hos Ati-
„ lios Graecae nationis fuisse, vel Graecorum, qui
„ in Hispania diversabantur, sobolem. " *Lo mismo
escribió el Rmo P. M. Florez sin atribuirlo a Fines-
tres.*

Criminationem nunc fellis amarissimi plenam, sed omni prorsus destitutam fundamento, diluam includens in hunc locum *num.* 32. *et* 38., in quibus agitur de coniectura Finestresii, in quam Florezius acerbissime invehitur *num.* 41., ubi haec leguntur.

M. FABIO
ASIATICO
SEVIRO. MAG
LARVM. AVG
L. POMPEIVS
SEVERINVS
AMICO
OPTIMO

„ Finestres erró el quinto renglon (*pag.* 112.) po-
„ niendo *Pomponius* donde Apiano i Grutero con
„ Clusio i Schoto *Pompeius*, a los que se debe estar.
„ Acerca de la leccion pretendió Finestres introdu-
„ cir una nueva, interpretando MAG*norum* LA-

„ RVM AVG*ustali*, i no MAG*ister*, porque esto,
„ dice, le sonaba mui mal: *valde abhorret a meis*
„ *auribus* (*pag*. 110.) No da razon de lo mal sonan-
„ te, notando solamente para autorizar su preten-
„ sion lo que previno Gutherio *de Vet. Iur. Pontifi-*
„ *cio lib*. 3. *cap*. 10. sobre que los Emperadores o
„ Principes tenian dos sitios de Lares: uno maior,
„ otro menor: segun consta en Lampridio, que en
„ la vida de *Alejandro* Severo dice tenia en su Lara-
„ rio primero i maior los principales Divos, (entre
„ los quales a Christo, Abrahan, i Orpheo) en el
„ segundo a Virgilio, i Ciceron. A Alejandro Mag-
„ no en el *maior*. Consta pues, que habia dos La-
„ rarios, *maior*, i menor: por lo que interpreta las
„ inscripciones de MAG. leiendo *Magnorum*, i no
„ *Magistro*, como los demas Antiquarios. Pero no
„ tubo bastante fundamento en Lampridio para la
„ novedad: pues no pone Larario *Magno*, que era el
„ unico conducente para interpretar el MAG. de las
„ inscripciones, sino Larario *maior*, i Larario *se-*
„ *gundo*, i las inscripciones no usan el MAI. de MA-
„ IOR sino el MAG. que no le corresponde. Fuera de
„ esto se le opone el Cuerpo de Inscripciones, que
„ Finestres dió a entender no manejó: pues en ellas
„ mismas se lee por todas letras MAGISTER LA-
„ RVM AVGVSTORVM, como en la de Sevilla la
„ Vieja, cet."

Nunc exhibendum est Finestresii commentarium ad *num*. 42. *Clas. III*. ubi haec habet „ Aliquot pro-
„ ducimus inscriptiones, in quibus exstat SEVIR.
„ MAG. LAR. AVGVST. quod quali interpretatio-

„ ne

„ ne donandum sit, dubitari potest. In alia apud
„ Gruterum *pag. CCCCVI. num.* 4. per *Mag.* intelligit
„ *Magistrum* Iac. Gutherius de *Off. dom. Aug. lib.* 3.
„ *cap.* 29. : et sane Magistros fuisse Larum Augusta-
„ lium, qui Larario praeerant, docet vetus mar-
„ mor, quod exhibet idem Gutherius *de Vet. Iur.*
„ *Pont. lib.* 3. *cap.* 10. ubi *L. Iunius Maurus* dicitur
„ *Larum Augustorum Magister*, aliosque recenset,
„ qui Laribus Augustalibus inserviebant, ut *Decurio*
„ *Larum, curam Lararii gerens.* Non est otium pro-
„ trita de Laribus in hoc loco congerere : sed an ve-
„ ro similior interpretatio eorum verborum afferri
„ queat, quando certa non potest, disquirere, et
„ coniecturam meam de hoc proponere doctiorum
„ iudicio : nam valde abhorret a meis auribus *Sevir*
„ *Magister Larum Augustalis.* Notissimum est, Lara-
„ rium fuisse locum, in interiore parte domus Au-
„ gustae, in quo Lares Imperatoris habebantur. Du-
„ plex autem fuisse Lararium Imperatorum aperte
„ docuit Lampridius, qui in *Alex. Severo cap.* 29. sic
„ scribit : *Matutinis horis in Larario suo, in quo et*
„ *Divos Principes, sed optimos, electos, et animas*
„ *sanctiores, in queis et Apollonium, et quantum*
„ *scriptor suorum temporum dicit, Christum, Abra-*
„ *ham, Orpheum, et huiuscemodi Deos habebat, et*
„ *maiorum effigies, rem divinam faciebat.* En unum
„ Lararium, quod ex dictis ab eodem Lampridio
„ *cap.* 31. constabit, fuisse maius : *Virgilii imaginem*
„ *cum Ciceronis simulacro in secundo Lerario habuit,*
„ *uti Achillis, et magnorum virorum; Alexandrum*
„ *vero Magnum inter Divos et optimos in Larario*

maio-

„ *maiori consecravit.* Habemus hic duo Principis La-
„ raria, unum maius, alterum minus: in illo erant
„ Dii, vel pro Diis habiti, in altero homines prae-
„ clari. Quid ergo prohibet exponere SEV. MAG.
„ LARVM. AVGVST. *Sevirum Magnorum Larum*
„ *Augustalem*? Quum enim varii essent Seviri Au-
„ gustales, mihi persuadeo, aliquos addictos colen-
„ dis Diis Laribus, quos in maiori Larario habe-
„ bant Principes... atque a ceteris Augustalibus di-
„ stinctos proprii muneris vel sacerdotii ratione
„ appellatos *Seviros Magnorum Larum Augustales.*
„ Quod si quis nostram coniecturam reiiciat; et
„ pro Gutherio stare velit, dicat saltim ex Seviris
„ Larum eum, qui aliis praeesset, speciali titulo ap-
„ pellatum *Magistrum*, ne dicendum sit, hosce om-
„ nes fuisse Magistros Larum." Subiecto nunc fide-
libus oculis utriusque commentario, (quod neces-
sario producendum erat, ut intelligeremus, quid
in praesentem disputationem caderet) singulas cri-
minationis partes ad calculos vocemus: *dice le sona-
ba mui mal*: *valde abhorret a meis auribus .... no da
razon de lo mal sonante*: quasi vero ulla ratio reddi
soleret earum rerum, quas callemus aure: satis est
dicere abhorret; cur vero abhorreat, nulla saepe caus-
sa afferri potest. Quum Latini dicunt, *criticus ne-
scio quis mihi vellit aurem, ne credam .....* quaerat
etiam Florezius, quam rationem huius rei afferant:
mihi ille criticus vellet aurem, ne Florezio credam,
neve rationem reddam. *Pero no tubo bastante funda-
mento*, inquit, *en Lampridio para la novedad*: *Pues
no pone Larario Magno*: quasi vero Finestresius inter-

pre-

pretaretur *Seviro Magni Lararii*, et non *Magnorum Larum*. Fateor, primum Lararium dici a Lampridio *maius* et non *magnum*, quod Historicus premit et urget, ut enervet et elevet Finestresii coniecturam. Sed quid inde? cur Lares, qui erant in Larario maiori, magnos appellare non possumus? quod quum per se perspicuum fit, tum etiam ex ipso Lampridio convincitur: iste enim dicit, in Larario secundo habuisse Alexandrum Severum magnos viros, ex quo nullo negotio videtur concludi, in Larario primo habuisse magnos Lares. Ergo quamvis primum Lararium non magnum, sed maius dicatur a Lampridio; cur non fieri debet vero simile, Lares, qui in hoc collocati fuerant, magnos dici solitos; sicut magni viri dicebantur in secundo Larario positi, qui Lares minores erant? *Fuera de esto*, ait Florezius, *se le opone el Cuerpo de Inscripciones, que Finestres dió a entender no manejó: pues en ellas mismas se lee por todas letras* MAGISTER LARVM AVGVSTORVM. Quicumque nihil mali suspicans haec legeret in Florezio nulla facta collatione cum commentariis Finestresii, adduceretur certe, ut crederet, Finestresium latuisse, quod in Romanis monumentis integris dictionibus legeretur MAGISTER LARVM AVGVSTORVM, quod falsum esse constanter assevero, nihil metuens huius verbi invidiam. Quid enim clarius in hanc rem, quid expressius, quum haec sint verba Finestresii in laudato commentario? *et sane Magistros fuisse Larum Augustalium, qui Larario praeerant, docet vetus marmor...... ubi L. Iunius Maurus dicitur Larum Augustorum Magister.*

ster. Vnde ergo cognoscitur, Cervariensem Academicum non evolvisse Corpus Inscriptionum? Sed adhuc attende postrema verba Finestresii, in quibus non possum non laudare in proponenda coniectura modestiam, et simul etiam ostendere, non ignotos Finestresio fuisse Seviros Magistros Larum Augustales, ne sibi solus sapere videatur Henricus. *Quod si quis,* progreditur Finestresius, *nostram coniecturam reiiciat .... dicat saltim ex Seviris Larum, eum qui aliis praeesset, speciali titulo appellatum Magistrum, ne dicendum sit, hosce omnes fuisse Magistros Larum.* Sed de his iam satis: nunc ad alia veniamus.

In *num.* 54. haec habet Florezius agens de inscriptione M. Granio Probo dedicata: „ le erigieron esta „ memoria su madre *Cecilia Gala*, i su hermana *He-„ renia Aphrodite* voz griega, que significa a Venus. „ I si en Griego daba nombre o sobrenombre a una „ muger, no debió estrañar Finestres (*pag.* 264.) „ que otra le usase en latin nombrandole *Venus La-„ tinilla.*" Quum multis in locis, tum in hoc praecipue animadvertere potes, quam infenso et hostili animo agat Florezius. In *cap. XXV. num.* 90. dolet, Finestresium non indicavisse, opinationem, qua putat verbum *Venus*, non fuisse nomen proprium alicuius mulieris, in mentem primum venisse Muratorio: credo ne Cervariensis Academicus tamquam auctor gloriari posset. Nunc, ubi agitur de eadem opinatione contemnenda, tamquam eiusdem auctor traducitur Finestresius ab eodem Historico; nihilque dicitur de Muratorio, cuius sola auctoritas frangere

gere debuisset Florezii impetum, qui tam debilis est, ut solet alias esse. Quod enim aliquid in usu fuerit apud Graecos, quae caussa est, ut putemus a Romanis etiam usitatum fuisse? quod quidem adeo in promptu est, ut disputatione non egeat. Quum in Romanis monumentis non occurrat nomen Veneris tamquam proprium alicuius mulieris, passim vero in Graecis inscriptionibus sese offerant Aphrodite, et Aphrodisia, non video quid in hac coniectura despicere possit Henricus, quum Cerv. Academicus sibi caveat in hoc loco salutari adverbio *fortasse*: haec enim sunt verba ad *num.* 49. *Clas. VI. Veneri fortasse non est nomen proprium, sed affectus amatorii.* Sed utcumque fuerit, dicat Florezius: *no debió estrañar Muratori*, aut saltem: *no debió estrañar Finestres con Muratori*, ne si qua derivari debeat, tota redundet in Finestresium invidia, quum huic gloriam excogitatae opinionis ademerit.

FINESTRESIVS VINDICATVS a cap. XX. volum. XXIIII. Hisp. Sacr.

IN *num.* 16. reperies inscriptionem explicatam a Florezio, in quo quum multa sint minime vulgaris et protritae, sed exquisitae cuiusdam eruditionis, nihil est, quod non tibi cumulatissime det Finestresius in *num.* 23. *Clas. IIII.* Sed quoniam hic laudat Finestresium in interpretatione unius verbi, nihil de hoc loco dicemus: in ius autem vocabimus

Florezium, ut rivali suo restituat interpretationem monumenti, quod ponitur *num.* 26. hac forma

P. FABIO. P. F. SER
LEPIDO. F
QVAE. EX. D. D. TARR
QVOD. FACTVM. POST
MORTEM. EIVS. POSITA. EST
ADIECTIS. ORNAMENTIS
AEDILICIS. REMISSA
IMPENSA. QVAM. MATER
EIVS. IVLIA. SEX. FILIA
REBVRRINA
DE. SVO. DEDIT

„ Puedese recelar, inquit Florezius, poca exactitud „ en la copia, por denotarse estatua puesta a P. Fabio „ Lepido (*post mortem eius posita est*) i no haber le- „ tra, que la signifique. Acaso la ultima letra del se- „ gundo renglon fue en lugar de la F la S de *Statua*, „ concertando con ella el QVAE i POSITA. Supo- „ niendo la F puede interpretarse *facta*, aludiendo a „ la estatua, que se suple. “ Haec omnia Finestresii sunt, quem audi *ad num.* 25. *Clas. VI.* „ Statuam, „ huic M. Fabio Lepido P. Filio e tribu Sergia posi- „ tam hic indicari nemo dubitabit, quum subiicia- „ tur, *quae posita est* .... at verbum non appa- „ ret, quod statuam significet. Quare suspicor, illud „ F post LEPIDO vel mutandum in S, hoc est, *sta-* „ *tua*, vel si retineatur F, legi debere *facta*, quo „ designetur statua praesens et ob oculos posita. “ *Ita*

mis-

mismo escribió el R.mo P. M. Florez sin atribuirlo a Finestres.

Idem contigit in explanatione valde difficilis et implicatae inscriptionis, quam allatam a Florezio *num.* 44. in medium producam cum utriusque commentario

Q. H E D. L. F. P O L. R V F
L O L L I A N O. G E N T I A N O
A V G V R I. C O S. P R O C O S
A S I A E. C E N S I T O R I
P R O V. L V G. I T E M. . . Y G D
C O M I T I. S E V E R I. E T
A N T O N I N I. A V G G
T E R. L E G. XX. G. P R O V
H. C. I T E M. C E N S I T
H. C. X. V I R O. S T L. I V D
P V T E O L A N O. S V P. V E T E R
A N O R. Q V A E S T. C A N D I D
PRAET. CAND. TR. LEG. XVIII
PRIMIG. TRIB. LEG. VII. G. P. F
III. V I R O. A. A. A. F. F
P. H. C
FAB. MARCELLINVS

Etsi brevitati quantum qui maxime consulam, longam tamen explicationem Florezii cum longo Finestresii commentario conferre debeo, quoniam id proposita ratio postulat; et in hoc ipso, in quo fatigare fortasse videor, Lectoris laborem imminuo, cui non erit necesse adire locos, conferre argumentum,

exspiscari et seligere singula verba, quae ad rem pertineant, sed positis iam ante oculos rebus, liquidius de ipsis iudicare. Florezius igitur super hanc inscriptionem ait: ,, En la *pag. CCCCIIII.* 7. puso (Gruterus scilicet) ,, la misma, pero diminuta, i con el ,, nombre de EPIDIO en lugar de HED*io*..... Este ,, te Loliano fue de la tribu *Pollia*, Augur, i Consul ,, en el año de 211. Proconsul de Asia, i Censitor ,, de la Provincia Lugdunense, de la *Mygdonia* (Re- ,, gion de Macedonia) i de la España Citerior (CEN- ,, SIT. P. H. C.) por cuio oficio de *Censitor* entien- ,, den algunos lo mismo, que Censor, i otros me- ,, jor dicen ser *Peraequator*, cuia voz se lee en Gru- ,, tero *pag. CCCLXI.* 2..... esto es, el que viendo las ,, haciendas ajusta el censo, aliviando al recargado, o ,, cargando al no cargado. Fue tambien *Comes* de los ,, Emperadores Severo i Antonino, esto es señalado ,, para la comitiva de aquellos Augustos en sus expe- ,, diciones .... El octavo renglon empieza TER, ,, pero Pighio copió sola una T con R enlazada en la ,, linea recta, i denota TR*ibuno* de la LEGion X. ,, *Gemina* PROV*inciae* H*ispaniae* C*iterioris*, intitu- ,, landose de la *España Citerior*, por residir aqui, i di- ,, ferenciarla de otra Decima Fretense....... Fines- ,, tres *pag.* 150. nota bien, que en el *num.* XX. de la ,, Legion parece sobra una X. de suerte, que se lea ,, LEG. X. la qual era Gemina, no la XX. Añado, ,, que todo el renglon octavo falta en la copia hecha ,, por Schoto, i en su lugar pone CENSIT. P. H. C ,, omitiendo tambien X. VIRO. STL. IVD. de que ,, no se hace cargo Finestres en la declaracion, i por

,, tan-

„ tanto lo omitirémos aqui, poniendo lo siguiente como alli, pues parece mas correcto

CENSIT. P. H. C
CVRAT. SPLEND. COL
PVTEOLANOR. ET. VELITER
NOR. QVAEST. CANDID
PRAET. CAND. TRIB. LEG. XIIII
PRIMIG. TRIB. LEG. SEP. G. P. F
III. VIRO. A. A. A. F. F
P. H. C

„ Aqui añade Finestres la ultima linea de Grutero
„ (*Fab. Marcellinus*) que dice falta en la de Schoto,
„ i en la piedra: segun lo qual no hizo bien en po-
„ nerla, pues afirmó, que desde el *Censit P. H. C*
„ daba la copia, como estaba en Schoto: i esto es lo
„ que mas hace al asunto presente, porque añadido
„ FAB. MARCELLINVS era este el dedicante cet. “
Intelligant igitur oportet Lectores, non solum emendationem, qua legionem X pro XX legendum esse affirmatur, Finestresii esse; sed cetera omnia, quae in allata inscriptione continentur. Haec enim leguntur in Finestresio *Clas. IIII. num.* 8. „ De persona, cui
„ dicata est inscriptio, satis constat, sed non de no-
„ mine *Hedii*, nam is ipse in alia Gruteriana *pag.*
„ *CCCCIIII. num.* 7. . . . . . . appellatur Epidius, nec
„ facile discerni potest, cui potius fides habenda
„ sit . . . . . . Augur fuit et Consul cum Pomponio
„ Basso anno ut dixi 211. . . . . . . fuit et Proconsul
„ Prov. Asiae, Censitor (de huius officio iam di-
„ ctum

„ ctum est supra ,) (scilicet *Clas. III. num.* 41. ubi Censitorem Peraequatorem esse statuit , et eadem , quae Florezius , affert) „ provinciae Lugdu-
„ nensis .... et pariter YGD , quod Pyghius
„ addito initio M. apposite legendum censet MYGD,
„ id est *Mygdoniensis*, provinciae scilicet Macedoniae.
„ In nostro et alio supra laudato lapide dicitur etiam
„ *Comes Severi et Antonini Augustorum.* Horum tem-
„ pore et anteriore Comites Imperatorum ...... cir-
„ ca latus Principis agebant , eique in conciliis et
„ processibus aderant........ in vulgata Gruteri se-
„ quitur postea TER. LEG. XX. G. sed quid illud
„ TER ? quidam *Tercenarium* interpretantur , alii
„ *Tribunum* , quia putant in lapide sculptum fuisse
„ R. Verum si proba est scriptura alterius lapidis
„ mox producendi huic nostro valde similis , nem-
„ pe *Leg. Leg.* dicendum erit , significare *Legatum*
„ *Legionis.* At cuius ? nempe XX. G. dubito tamen
„ de *num.* XX. G : nulla enim , quod sciam , fuit
„ umquam. Quod si ita est , in numero peccavit de-
„ scriptor dup. XX pro uno ponens , vel certe de suo
„ addidit G ..... in apographo Schotti ad Velleium
„ Paterculum abest tota illa linea , et eius loco
„ legitur *Censit. P. H. C.* ex eodem descripsi,
„ quae deinceps sequuntur in Grutero valde cor-
„ rupta , cet. "

Nunc ad veritatem revocata ratione criminationes videamus. Queritur Historicus *num.* 47. quod non indicaverit Finestresius , in apographo Andreae Schotti minime reperiri versum illum X. VIRO. STL. IVD : sed Finestresius non in se suscepit totum mo-

monumentum ex apographo Schotti transcribere, sed tantum partem illam, quae penes Gruterum valde corrupta erat et depravata. Quum in Grutero legatur ille versus, nec ullam habeat repugnantiam; nihil caussae video, cur omitti debuerit ab eo, qui non solum ex Schotto, sed ex Scaligeri, Verderiique schedis a Grutero memoratis, atque etiam a Gutherio descriptum lapidem exhibebat. Poterat quidem in explicatione fieri mentio huius variationis: sed quum nullam rem difficilem et controversam contineret, non admiror fuisse praetermissam a doctissimo viro: qui presse et anguste disserens brevitati magis studebat, quam Florezius, qui cum infinita alia, tum quod ponit *num.* 48. omittere potuisset. *Aqui añade*, inquit, *Finestres la ultima linea de la de Grutero* (*Fab. Marcellinus*) *que dice falta en la de Schoto, i en la piedra: segun lo qual no hizo bien en ponerla, pues afirmó, que desde el Censit. P. H. C. daba la copia, como estaba en Schoto.* Quo pertinent haec, monente Finestresio in fine commentarii Lectorem his verbis? *Verum si qui inscriptionem ponit est Fabius Marcellinus, ut habet editio Gruteriana, quod deesse in lapide a se inspecto asserit Schottus, legenda essent* cet. Quid quaeso est, si hoc non est, nodum in scirpo quaerere? Atque hic operae pretium erit adducere Florezium in *num.* 50. ubi haec habet: *Finestres pag.* 168. *alega mas variedades, de quienes no resulta utilidad.* Difficile profecto est huic homini satisfacere, qui nunc male ferre videtur mentionem factam variationis, quum paullo ante quereretur omissam variationem, quae nihil, aut non multo plus erat utilitatis allatura. In

In *num.* 52. totum transcribit Finestresium, laudato tamen auctore, cui propter hanc rem maximas gratias ageremus, nisi, quod iam ante indicatum est, ex hac laudatione multo deterior fieret caussa Finestresii: quem Lectores putabunt nihil habere proprii, ubi nulla est nec laudatio, nec citatio Finestresii; et quem totum diem iaculantem admirabuntur tam raro collineavisse. Nostrum erit ostendere, quod hucusque fecimus, laudem, quam in hoc loco tribuit Finestresio, in infinitis aliis locis praestari debuisse.

In *num.* 54. haec affert Florezius

D. M
FELICI. AVG
LIB
A. COMMENT
XX. HER. H. C
HILARVS
COLLIB. TABVL
XX. HER. PROV
LVSITANIAE

„ De este tributo habla Dion *lib.* 55. *pag.* 566. di-
„ ciendo, que Augusto, falto de caudal para la tropa,
„ introdujo la contribucion de las herencias, i lega-
„ dos, cuia parte *vigesima* aplicó a la caja militar,
„ mandando cobrarla en general con las precisas ex-
„ cepciones, que alli dice .... i en efecto la pre-
„ sente memoria nos ofrece un Ministro de los Co-
„ mentarios, i un Tabulario: el primero se llamó
„ *Felix*, el segundo *Hilaro*: ambos libertos de Au-

„ gus-

„ to : el primero era Oficial a *commentariis*, el otro
„ *Tabulario* ...... Por *comentarios* entendian los
„ Romanos el asiento, que se hacia de las cosas
„ en compendio, como v. g. quien, que, i de que,
„ &c. ... El *Tabulario* era como hoi el Escribano,
„ que ponia las cosas autorizadas en las tablas pa-
„ raque hiciesen fée. " Lege nunc Finestresium ad
num. 46. *Clas. V.* ubi haec reperies: „ Legem de
„ vicesima hereditatum tulit Augustus anno V. C.
„ 759. ... ut testatur Dio *lib.* 55. ut inopiae mi-
„ litaris aerarii subveniret, ne deficiente pecunia sol-
„ vendis militum stipendiis res novas hi molirentur:
„ sed de his iam satis alibi dictum fuit; et adnota-
„ tum ex quorum hereditatibus non detraheretur vi-
„ cesima ...... Quodnam fuerit munus a com-
„ mentariis vicesimae hereditatum intelligere possu-
„ mus ex similibus, qui a commentariis erant alia-
„ rum rerum. Nam quum commentarii dicerentur
„ codices, in quos memoriae caussa, non plena nar-
„ ratione coniiciuntur rerum capita, et summae;
„ inde qui erant a commentariis alicuius administra-
„ tionis, quidquid ad eam pertinebat, summatim
„ adnotabant; adeoque Praepositus a commentariis
„ XX. hereditatum debuit breviter litteris consigna-
„ re, quorum defunctorum hereditates aditae, ad-
„ scripto die, et nominibus, tum mortui, tum suc-
„ cessoris, et notata quantitate bonorum .... Aliud
„ munus erat Tabularii XX. hereditatum, quo
„ nomine donatur Felicis collibertus Hilarus. Ad
„ hunc siquidem videtur pertinuisse, in tabulas re-
„ ferre pecuniam ab exactoribus vicesimae heredita-

R „ tum

„ tum in tota provincia Lusitaniae collectam....erat
„ igitur munus istud Scribarum, qui acta ad offi-
„ cium, cui destinati erant, conficiebant, quibus
„ fides adhibebatur. "

Quod Florezius *num.* 56. animadvertit de Successo, Latinis mandatum litteris a Finestresio videbis *num.* 47. *Clas. V.* Ad maiora nos vocat Florezius in *num.* 62. his verbis: „ Un Colegio huvo en Tarrago-
„ na, que se intitulaba de *Centonarios*, del qual
„ ofrece Grutero dos fragmentos en la *pag.* .... i re-
„ produciendolos Finestres *pag.* 313. caió en el ierro
„ de citar a Muratori para lo que solo es de Grute-
„ ro, (magnum crimen et humano sanguine placan-
„ dum!) lo que advierto, porque no pierdas tiempo
„ en consultar a aquel autor. (credat Iudaeus Apella,
„ non ego) Pero no consta mas que el nombre del
„ *Colegio de los Centonarios*, que de suio, o a su
„ costa puso aquella memoria COLLEG. CENT. D.
„ S. P. o D. S. F. Demas de los Colegios de *Dendro-*
„ *phoros, i Fabros* habia otro de *Centonarios*, a los qua-
„ les mandó el Emperador Constantino en el año de
„ 315. se agregase el cuerpo de los Dendrophoros,
„ como expresa la Lei 1. de *Centonariis* en el Codigo
„ Theodosiano (*lib.* 14. *tit.* 8.) Estos eran cuerpos
„ de gente, que servian en la tropa para obras de ma-
„ dera, hierro, puentes, maquinas, &c. Los Cen-
„ tonarios cuidaban de los vestidos, ia de pelos de ca-
„ bra contra las aguas, ia de lana de diversos colo-
„ res, ia de muchas piezas de que usaban para evi-
„ tar incendio en las maquinas de guerra. " Florezius si non incidit in errorem citandi Muratorium pro

Gru-

Grutero, gravioris peccati reus agetur, dum ostendemus haec fere omnia ad verbum e Finestresio transcripta. Iste enim in *Clas. VII. num.* 9. ita loquitur in eamdem rem. „ Quum inquam a *centonibus* no-
„ men acceperint, probabilius est, illos fuisse, qui
„ centonibus conficiendis operam dabant. Sunt au-
„ tem centones genus vestis ex diversis pannis cras-
„ sioribus contextae, vel potius consutae, sive illae
„ sarcirentur ex segmentis diversorum colorum, si-
„ ve unius: quae stragula tenuioribus usum praesta-
„ bant ad lectos sternendos, ... item ad castren-
„ sem supellectilem pluviae tempore velandam,
„ atque ad restinguenda incendia centonibus aceto
„ madefactis .... Centonariorum corpora et Fa-
„ brorum adnecti debere Dendrophororum collegio,
„ ut in unum corpus coaleant, statuit Constantinus
„ *d. L.* 1. *de Centonariis.* "

FINESTRESIVS VINDICATVS a cap. XXI. volum. XXIIII. Hisp. Sacr.

QVI tam multa usque adhuc ex Sylloge Finestresiana deprompsit, sermonem instituens de monumentis publicis, quae Tarracone servantur, non leviora restituet. Rerum dicendarum ubertas cogit me in hoc loco praeterire nonnulla, quae sibi iure optimo posset vindicare Finestresius ex numeris 5. 8. 10.: properemus ad alium locum, in quo tres paginas exhibebimus ad verbum fere e Finestresio tran-

scriptas. Ita incipit in *num.* 22. „ El letrero se puso
„ en el friso de la cornisa, formando un solo renglon
„ en esta forma

EX. TESTAMENTO. L. LICINI. L. F. SERG. SVRAE. CONSECRATVM

„ El qual si huviera llegado a noticia de Beuter le obli-
„ gára a discurrir mejor, i no pasarle al tiempo de
„ Scipion, pues corresponde al Imperio de Trajano,
„ en que los Fastos nos dan a *Lucio Licinio Sura* Con-
„ sul en el año de 102. en el de 104. i en el de 107.
„ en que fue Consul *tercera vez*: i de este L. Lici-
„ nio Sura, i de sus tres Consulados hai repetida
„ mencion en las inscripciones puestas en Barcelona,
„ que imprimió Grutero *pag. CCCCXXVIIII.* i han
„ reproducido otros, aunque sin puntualidad, hasta
„ que el Illmo Marcá suplió los descuidos, que
„ otros por ignorancia de Antiguedades cometieron.
„ Las piedras, que en Barcelona expresan los tres
„ Consulados de L. Licinio Sura son siete. La mas
„ bien conservada es *L. Licinio. Secundo. Accenso. Pa-
„ trono. Suo. L. Licinio. Surae. Primo. Secundo. Tertio.
„ Consulatu. eius. IIIIII. Vir. Aug. Col. I. V. T. Tar-
„ rac. et Col. F. I. A. P. Barcin. IIIIII. Vir. Augusta-
„ les Barcinon.* Asi nos la da Marcá ..... Pujades la
„ dió en original distribucion de lineas ..... Pero
„ asi Pujades, como otros, poco instruidos en An-
„ tiguedades, entendieron la inscripcion (o por me-
„ jor decir la ignoraron) sacando de ella tales cosas,
„ que mueven a risa o compasion. Por ahora basta
„ poner la leccion de la piedra en esta forma ... Los
„ *Seviros Augustales de Barcelona* erigieron esta me-
„ moria al *Sevir Augustal de la Colonia Iulia, Ven-*
ce-

„ *cedora, Togada, Tarragona, i de la Colonia Fa-*
„ *vencia, Iulia, Augusta, Pia, Barcelona,* llama-
„ do *Lucio Licinio Segundo*, el qual fue *Accenso* o
„ Ministro de su *Patrono Lucio Licinio Sura en su*
„ *primero, segundo, i tercero Consulado.* Este es el
„ perfecto sentido de las letras, (quem tamen minime tribuendum putes Florezio) para el qual debes
„ tener presente, que habia dos ordenes de *Accensos*:
„ uno en la Milicia; otro en los Magistrados de los
„ Consules, Pretores &c. Este es el de nuestro Li-
„ cinio, que expresamente se dice *Accenso a su Pa-*
„ *trono en los tres Consulados*, que tuvo Sura. I cor-
„ responde el nombre de *Accenso* con el de *Patrono*:
„ este al que dió libertad al liberto: aquel al liberta-
„ do i escogido por Ministro del Consul: pues como
„ expresa Ciceron ad *Q. Frat. lib.* 1. *cap.* 4. el cargo
„ de *Accenso* correspondia al liberto: *non temere ni-*
„ *si libertis suis deferebant*: i este andaba con el Ma-
„ gistrado para intimar quanto occurria, como aho-
„ ra el Alguacil con el Alcalde. "

Perpendite quaeso illa verba: *Pero asi Pujades, como otros, poco instruidos en Antiguedades, entendieron la inscripcion (o por mejor decir la ignoraron) sacando de ella tales cosas, que mueven a risa, o compasion.* Quam personam quaeso in hac scena agit Finestresius? Altum est in toto hoc loco silentium de hoc praeclarissimo viro, quem quum sciant omnes, commentariis illustravisse Catalauniae monumenta, nec laudatum aut citatum videant, fortasse comprehendendum putabunt cum illis rerum antiquarum ignaris, quos in uno eodemque crimine cum Puiade-

sio

sio involvit Florezius. Sed operae pretium erit ostendere, longam explicationem, quam tamquam propriam venditat Historicus, totam esse Cervariensis Academici, qui in *Clas. IIII. num.* 13. ait: „ Gratissimus videtur fuisse L. Licinius Secundus civibus Barcinonensibus, quippe cui septem saltem „ inscriptiones dedicarunt, quarum initium pene „ in omnibus idem est, sed male intellectum a nostris Puiadesio, et Feliu, confundentibus L. Licinium Secundum libertum cum patrono suo L. Licinio Sura. Breviter eius sensum expediam: L. Licinius libertus L. Licinii Surae, cuius nomen ex more Romano cum libertate adsumpsit, eidem patrono Accensus fuit primo, secundo, et tertio „ Consulatu: tot enim Romae Consulatus gessisse „ Suram .... constat ex Fastis. Nam primum Consulatum obtinuit ann. Christ. 102. .... secundum „ gessit ann. 104. .... tertium ... ann. 107 ...... „ Revertor ad ipsius libertum L. Licinium Secundum, „ qui dicitur eiusdem Surae in tribus Consulatibus „ Accensus. Munus istud solebant Magistratus libertis suis deferre, uti colligitur ex Cicer. ad Q. Frat. „ *lib.* 1. *Epist.* 1. *Accensus*, inquit, *sit eo numero, quo eum maiores nostri esse voluerunt*: *qui hoc non beneficii loco, sed in laboris ac muneris non temere* „ (*x*) *suis libertis deferebant* .... Hinc facile intelligemus, Licinium Secundum Accensum Consulis „ patroni sui non clientem fuisse, sed verum libertum. Quum procederet Consul, aliusve Magistra-

(*x*) Castigatiores editiones habent *nisi libertis suis*.

„ tratus, Accensus, uti eius minister, ad imperium,
„ et nutum ipsius praesto erat .... Accensus ante
„ eum ibat, Lictores pone sequebantur ... Huic er-
„ go nostro Licinio Secundo nullus honor tribuitur
„ praeter Seviratum Augustalem Coloniarum Tar-
„ raconensis, et Barcinonensis, cui proinde hanc in-
„ scriptionem posuerunt collegae eiusdem Seviri Au-
„ gustales Barcinonenses ...... Tarraconem ac ho-
„ norificos ipsius titulos hisce notis designant *Col. I.*
„ *V. T. Tarrac.* hoc est interprete Antonio Augusti-
„ no, *Colonia Iulia Victrix Thyrrena* (*vel potius To-*
„ *gata*) *Tarraco.* Barcinonem vero his aliis : *Col. F.*
„ *I. A. P. Barcin.* scilicet *Colonia Faventia Iulia Au-*
„ *gusta Pia Barcino.* " Florezius in hoc tantum a Fi-
nestresio discrepat, quod nec laudatum voluit Anto-
nium Augustinum, qui sicut Finestresius sua laude
fraudatur : quod ad cetera attinet, vere possumus
dicere : *Lo mismo escribió el R.mo P. M. Florez sin atri-*
buirlo a Finestres : nec modo non tribuit, sed ipsum
inter hospites, et peregrinos in rebus Antiquitatis,
qui se diridendos praebuerunt, numerare videtur,
ut animadvertimus supra.

Progrediamur longius, et Florezium explicantem
monumentum L. Licinii Surae audiamus in *num.* 25.
ubi haec habet : „ Esta si que mira a L. Licinio Sura,
„ que es nombre del Consul patrono de Licinio Se-
„ gundo, declarando haberse consagrado aquel arco
„ *por testamento de L. Licinio Sura* ..... De este, di-
„ ce la inscripcion del arco, que era hijo de Lucio
„ L. F. i que su tribu en Roma era la SERGIA : pues
„ este es el verdadero sentido de aquellas letras, co-

„ mo

„ mo reconocen los que tienen practica de inscrip-
„ ciones " (inter hos numera Finestresium, qui hoc adnotavit *Clas. IIII. num.* 22. et nescio cur non debeat hic honoris caussa appellari, quum semper Historicus loquatur Finestresium, si quid umquam vel levissimum aut minutissimum fuerit a doctissimo viro praetermissum) ..... „ i de ningun modo puede to-
„ lerarse, que alli lean apellido de la persona, nom-
„ brandola L. Licinio Sergio ...... El Consul Lici-
„ nio Sura era hombre amante de gloria, i mui ri-
„ co, como afirma Dion sobre Trajano: *adeo dives*
„ *fuerat et gloriae cupidus, ut gymnasium aedificave-*
„ *rit P. Romano* ..... Hoi solo podemos afirmar lo
„ que nos dice el letrero, esto es que fue *consagrado*
„ *por testamento de L. Licinio Sura, hijo de Lucio, de*
„ *la tribu Sergia.* Sobre lo demas congeture cada uno
„ lo que mejor le parezca. El Cl. Don Antonio
„ Augustin se contentó con decir, que aunque las le-
„ tras no se leen bien, parece, que fue hecho a un
„ Lucio Licinio Sura " Hic debebat Historicus animadvertere, non obmutuisse Finestresium, cuius sunt illa omnia, ut videbis posito ante oculos commentario eiusdem ad *Clas IIII. num.* 22. quod ita habet. „ Nisi nomen Surae satis distincte in hac inscri-
„ ptione legeretur, nulla coniectura assequi potuisse-
„ mus, cui tanti sumptus arcus deberetur. Verum
„ quum quae superstites erant litterae aetate Antonii
„ Augustini, et P. Andreae Schotti eius familiaris,
„ congruant L. Licinio Surae, credi par est, ex pe-
„ cunia ab ipso testamento relicta arcum fuisse ex-
„ structum .... Surae divitias adeo extollit Dio Cas-
„ sius

„ sius in *Traiano*, ut dicat, eo divitiarum processi-
„ se, ut gymnasium Romano populo suis impensis
„ substruxerit: unde minime mirandum, virum
„ adeo pecuniosum, et laudis avidum in arcus mo-
„ numento sumptus magnos fecisse ...... Sed ut ad
„ arcum redeamus, exstat via Praetoria, quae Tar-
„ racone Barcinonem ducit, cuius descriptionem de-
„ dit doctissimus amicus meus D. Gregorius Maian-
„ sius..... Ego inscriptionem hoc loco solum curo in
„ arcus peristilio positam; quam Andreas Schottus
„ sic supplevit: *Ex testamento* L. LI*cinii* L. F. SERG.
„ SVRAE. CON*secra*TVM ..... Quod vero credit
„ Feliu *Serg.* significare *Sergii*, falsum est, nam si-
„ gnificat *Sergia*, hoc est, Suram fuisse e tribu
„ Sergia.“

FINESTRESIVS VINDICATVS a cap. XXII. volum. XXIIII. Hisp. Sacr.

QVod saepe miramur in Arnoldo Vinnio, in uno scilicet eodemque loco transcriptum, et refutatum Bacchovium; id in Florezio cum saepe alias, tum in *num.* 6. animadvertere possumus, ubi multa mutuatur ex Finestresio, quem severissime reprehendit. „ Despues, inquit, de esta inscripcion estam-
„ pó Finestres dos, que no debió admitir en su Co-
„ leccion: porque la primera no es memoria de
„ marmol: la segunda no toca a Cataluña. Aquella
„ es la leccion de una moneda de Cascante: TI.

„ CAESAR. DIVI. AVG. F. AVGVSTVS. (con el
„ reverso) MVNICIP. CASCANTVM, lo que sin
„ duda debió Finestres remover de la Clase de pie-
„ dras: porque en Tarragona .... no puede recono-
„ cerse marmol con el nombre del Emperador en
„ primer caso, sino por motivo de alguna obra o
„ dedicacion, i en tal caso era mui agena la expre-
„ sion de *Cascante*. Pujades aplicó la inscripcion a
„ *Tito* hijo de Vespasiano, por hallar en Carbonell
„ la primera diccion TIT. en lugar de TI. o TIB,
„ (que es TI*berius*) i no saber el estilo Romano de
„ escribir a Tito, que no era TIT. sino precisamen-
„ te T. ni podian intitularle DIVI. AVG. F. sin aña-
„ dir VESP*asiani*: porque a solo Tiberio corres-
„ pondió el DIVI AVG. F. i asi cometieron muchos
„ ierros, no solo en aplicar a Tito lo correspon-
„ diente a Tiberio, sino en reputar leccion de mar-
„ mol la que es de una medalla, i poner en Tarra-
„ gona lo de Cascante." Lectorum hic fidem ap-
pello: an non id quoque animadvertit Finestresius?
Satis certe mirari non possum, quantum abuti velit
Historicus simplicitate Lectorum. Quicumque enim,
nihil mali suspicans, nec ullo partium studio abre-
ptus legat Florezium, quin Finestresium conferat;
putabit haec omnia praetermisisse Cervariensem
Academicum, neque huic doctissimo viro occurrisse
suspicionem, quae primum nata videtur Florezio.
Et tamen qui ita iudicat, vehementer errat: nihil
enim hic affert, quod non multo ante meditatus iam
fuerit Cervariensis Academicus, cuius commen-
tarium ad inscriptionem, de qua agimus, profere-
mus,

mus, ut omnibus id quod dicimus, manifesto appareat.

„ Ita, inquit Finestresius *Clas. II. num.* 3., pro-
„ duxit hanc inscriptionem ex Carbonellio Puiade-
„ sius, quem mendum in voce TIT. in eum erro-
„ rem traxit, ut putaverit, positam fuisse Tito Ve-
„ spasiani filio : sed advertere debuerat, Augusti fi-
„ lium de eo tantum dici consuevisse, qui filius es-
„ set Octaviani ; hic enim *Augusti* nomine simpli-
„ citer posito semper intelligitur ..... De hoc ergo
(scilicet de Tiberio) intelligi oportere inscriptio-
„ nem certissimum est : ideoque non TIT. legen-
„ dum, sed TI. qua nota sollemne est, significari
„ Tiberium Caesarem in nummis, et marmoribus.
„ Hoc firmat quod hanc ipsam nostri lapidis inscri-
„ ptionem praeferunt nummi Cascanto cussi cum
„ notissima effigie Tiberii, nempe in antica parte,
„ TI. CAESAR. DIVI. AVG. F. AVGVSTVS, et
„ in postica, MVNICIP. CASCANTVM .... ut du-
„ bitare quis possit, num Carbonellius, qui de la-
„ pide fidem facit, forte non satis instructus tribuat
„ marmori, quod nummo tribuendum fuerat, uti
„ etiam alibi factitatum videmus infra *num.* 13.; id-
„ que vero similius facit, quod non tertio casu po-
„ natur *Caesari Augusto*, sed recto *Caesar Augustus*,
„ *Municip. Cascantum* contra morem lapidum litte-
„ ratorum, et secundum usum servatum in num-
„ mis. " Quid, quaeso, Florezius attulit in *num.* 6.,
quam rationem, quam caussam, quae non sit in hoc
loco a Cervariensi Academico occupata ? Cur igitur
tanto apparatu hunc in iudicium vocat, quasi esset

summopere reprehendendus in eo, in quo maxime laudandus est? Quod si Florezius urget, nulla cunctatione, nulla haesitatione reiiciendum fuisse hunc lapidem, neque inter Tarraconensia monumenta numerandum; cur Florezius inter ista collocavit lapidem illum Frontonis, (*y*) qui vel ipso consentiente ad Salmanticam pertinet?

Progreditur Florezius *num.* 7. „ La otra inscrip„ cion mal aplicada por Finestres a Tarragona es „ una piedra Miliaria del camino compuesto a ex„ pensas de Vespasiano desde Capara a Merida ..... „ ¿ Pero quien ha visto, ni pone en Tarragona piedra „ tan descaminada de alli sobre composicion de „ camino fuera de su Provincia? ¿ ni quien erige una „ piedra Miliaria fuera del camino, donde estan las „ Millas reparadas? ¿ que hace en Tarragona piedra „ del camino de *Capara* acia *Merida*? Finestres alega „ el Diccionario de Moreri en Español V. *Merida*. „ En el Francés (que es donde habla Moreri) no hai „ tal memoria de inscripcion, i aunque la huviera, „ o lo apoiara algun Español, no debiera tal piedra „ decirse erigida en Tarragona, ni trasladada alli, „ donde sobraban, i fueron abandonadas las pie„ dras mas preciosas e interesantes para Tarrago„ na. " Qui nobiscum viderit a (*z*) Tergesto ad Venetias usque transportatos lapides; Tarracone Romam, ad Galliam, et Angliam transmissos; mirari profecto desinet, qui fieri potuerit, ut Tarracone exsti-

(*y*) Flor. *cap. XXV. num.* 52. de quo iam egimus supra.
(*z*) Vide Finestresium vindicatum a *cap. XVII. num.* 37.

exstiterit lapis, qui Capparae, aut in alio loco repertus, potuit in eam civitatem transferri: et potius mirantem admirabitur Florezium, qui nihil remittens contendit amplius, hoc non esse vero simile, quia Tarracone, ut ipse ait, *sobraban, i fueron abandonadas las piedras mas preciosas e interesantes para Tarragona*. Et in qua tandem urbe id non contigit, ex quo Gothica barbaries omnes provincias invasit? apud quas iacuerunt prostratae bonae artes, labefactatae eodem impetu, quo cecidit Romanorum imperium. Post occasum bonarum artium citius aliis, aliis serius in tantis tenebris illuxit verae et germanae eruditionis lux, qua in parte nihil est, quod obstrepamus Tarraconensibus, qui multos habent huius calamitatis (*a*) socios. Omnium Antiquariorum in omnibus nationibus haec est una commiseratio, quod antiqua monumenta, tamquam margaritae in porcos, inciderint in iniustos rerum aestimatores, a quibus neglecta, fracta, et dissipata fuerunt. Vel solum illud tempus, quo Tarracone degebat Andreas Schottus, et praeclarissimus ille vir, quem

(*a*) Quam misere deperdita sint pretiosissima Antiquitatis monumenta in aliis etiam Hispaniae civitatibus, videre licet ex *epistola IIII. lib. XI.* eruditissimi viri Emanuelis Martini Illustrissimo Marchioni Maffeio scripta. Sed iam vide quid de ipsa Roma dicat Muratorius in praefatione Thesauri, ut intelligas hoc esse vetustissimum malum, nec Hispaniae, nec Tarraconis proprium: *Nulla tamen civitas huiusce belli Lapidariae provinciae illati crebriora, magisque deploranda exempla hactenus dedit, quam Romana omnium celeberrima ac princeps. Si illam dixero perpetuam litteratorum marmorum fodinam .... neminem arbitror contradicentem inveniam. Innumera inquam monumenta ex pomoerio Vrbis .... in lucem prodiere .... Sed quid de iis factum? Iam dixi. Pleraque evanuere in lapicidum manus dilapsa. Neque culpandam aevi nostri tantum socordiam putes. Vetustum est malum*, cet.

quem certatim et exteri, et nos semper ad caelum tollimus, Antonius Augustinus, apud quos magno animi ardore fervebat opus huius sapientiae, satis esse poterat, ut suspicaremur, vel saltem non admiraremur, lapidem, quo de agitur, fuisse translatum.

Sed hoc omitto: quamvis enim sciam, quo pervenerit hac in parte Antiquariorum studium, cura et diligentia, adduci tamen non possum ut credam, lapidem, de quo agimus, a Cappara fuisse ad Tarraconem transmissum. Illud quaero: cur non potuit hoc monumentum Tarracone collocari? *Quien erige*, inquit Florezius, *una piedra Miliaria fuera del camino, donde estan las Millas reparadas*? et quis umquam, quaeso, vidit lapidem Milliarium, in quo non essent notata passuum Millia? Atque hic ego nescio quid in mentem venerit Florezio, qui nescio qua ratione, qua coniectura ducatur, ut affirmet, lapidem, de quo controversia est, Milliarium esse. Hoc enim nomen in quo lapide ponimus? profecto in eo, qui notata habebat intervalla locorum, aut passuum Millia, in quo viatores videre poterant quantum itineris emensi fuissent, quantumque adhuc ab ipsis conficiendum esset, inscripto passuum numero, quo a Roma aut a celebri aliqua urbe distabat lapis. Quem ego locum non est cur diligentius muniam, quum consentientem in hac re Florezium habeamus, qui citato lapide quodam Milliario Emeritensi, (quem exhibuit in *tom. XIIII. tract.* 44. *cap.* 2.) eidem Imperatori Vespasiano dedicato ait: *Pero los Traductores de Moreri omitieron las Millas*,

que

que es descuido notable en las piedras Miliarias. Atque hic ita edisserit Florezius, ut nullus dubitet, quin lapis ex Morerio adductus a Finestresio *Clas. II. num.* 4. unus idemque sit cum lapide Emeritensi, cuius meminit *tom. XIIII.*: quod si ita est, nobis omnino tollitur omnis et dubitandi, et disputandi ratio. Nam si pro certo ponimus, hunc lapidem Emeritensem esse, quis poterit hunc ipsum Tarraconi tribuere? Sibi igitur assumit Historicus, et tamquam certum et exploratissimum constituit illud, quod probare debuisset. Constituamus itaque hos lapides esse diversos, ut indicare videtur Finestresius, quoniam in Moreriano nullum est Milliariorum signum; in Emeritensi dicitur Vespasianum restituisse viam, et *LXXIII.* passuum Millia indicantur; in Moreriano praefigitur annus Consulatus II. Vespasiani, III. designati; in Emeritensi annus Consulatus III. Vespasiani, IIII. designati. Quo tandem argumento concludet Henricus, lapidem a Finestresio allatum esse Milliarium, quum nullum in eo sit huius rei indicium? quem locum habebunt illa verba ¿ *quien erige una piedra Miliaria*? cet. Addet ad extremum: ¿ *Que hace en Tarragona piedra del camino de Capara acia Merida*? Cur non potuerunt Tarraconenses dedicare monumentum Vespasiano facta mentione restitutionis, et munitionis itineris, quae digna erat Imperatore Vespasiano? praecipue quum sciamus circa tempus, in quo positum fuit marmor a Finestresio inter Tarraconensia numeratum, Vespasianum hanc viam restituisse, ut videre licet ex Emeritensi lapide. Quum illi, qui mandatas me-

mo-

moriae nostrae reliquerunt vitas Imperatorum in laudibus ponant, et inter egregie facta numerent curam muniendi et restituendi vias publicas; cur admiremur in tam recenti memoria huius facti Tarraconenses dedicato monumento voluisse id posteritati hominum commendare? Sed iam utcumque fuerit, quid est, quod vitio vertamus Finestresio, qui citat auctorem, penes quem, non penes se, vult esse fidem huius rei?

Nunc ad subdifficilem, et implicatam quaestionem veniamus, quam non possumus certe in bona luce collocare, nisi prius more nostro Florezium in medium produxerimus. „ Grutero, inquit, *num.* 10. „ en la *pag. CLXXXVIIII. num.* 6. aplica a la misma „ Capital esta inscripcion

IMP. T. CAESAR. VESP. AVG.
P. M. TR. P. VII. COS. VII. P. P

„ i en la misma *pag. num.* 11., i en la *CCXXXXIIII. num.* 5. otra en esta forma

IMP. TITVS. CAES
VESPASIANVS. AVG
P. M. TR. POTEST
COS. VIII. P. P

„ . . . . La primera es del año 79. de Christo, en que „ Tito fue Consul *septima* vez con su Padre en la „ *nona*, i el Padre acabó de vivir en el mismo año „ en que Tito imperó solo. Con este Consulado VII.

„ anda

„ anda impreso el año II. de la Tribunicia potestad:
„ lo que dice Finestres *no debe mover a nadie*, por-
„ que en vida del Padre (dice) fue participante del
„ Imperio, i como escribe Suetonio, le acompañó
„ en la Tribunicia potestad, i en siete Consulados.
„ Io siento, que esto no le moviese a Finestres para
„ conocer, que sin duda hai ierro en el año II. de
„ la Tribunicia potestad i Consulado septimo, por-
„ que la Tribunicia potestad empezó en el año de 71.
„ en el Consulado III. de su Padre: i cada año iba
„ aumentando numero, de suerte que siendo año I.
„ de Tribunicia en el 71. de Christo, era II. de la
„ Tribunicia potestad en el de 72. i asi de los demas
„ hasta el fin: por lo que veras inscripciones, i me-
„ dallas, que juntan el II. de la Tribunicia potestad
„ con el Consulado II. tenido en el año de 72. Pro-
„ siguiendo pues hasta el año de 79. (en que fue Con-
„ sul VII.) corresponde la Tribunicia potestad VII.
„ i de ningun modo la II. Mira pues si debe mover a
„ todos lo que Finestres dice, que no mueva a nin-
„ guno. "

Haec quidem quaestio explicatus habet difficiles, sed dabimus operam, ut quanta maxima fieri possit, luce donentur omnia; quam in rem non erit importunum, aliquid ex Finestresii commentario proferre, quod ita habet *Clas. II. num.* 6. „ Quod vero
„ Tribunitiae Titi potestati hic secundus annus de-
„ signetur, neminem movere debet, nam vivente
„ patre particeps, et etiam tutor Imperii egit, ut
„ ait Suetonius in *Tit. cap. VI.*: *et eidem* (scilicet patri Vespasiano) *Collega et in Tribunitia potestate, et*

„ *in septem Consulatibus fuit.* " Finestresius, si quid iudico, numquam suspicatus fuit, legendum esse in hac inscriptione annum septimum Tribunitiae potestatis, sed potius admiratus est, quod poneretur secundus, quum primus ipsi potius collocandus videretur. Haec admiratio, aut dubitatio, quam optimis innitatur fundamentis, statim aperiemus. Constat Imperatorem T. Flavium Vespasianum obiisse in nono Consulatu, quem anno Christ. 79. gessit cum filio: Titus filius hoc anno gerens septimum Consulatum patri suo successit, ut iam adnotaverat Finestresius in laudato commentario. Igitur verisimile est, hoc anno non secundum, sed primum annum Tribunitiae potestatis numerari debuisse, quod clarius intelligetur postea quam pauca quaedam de hac potestate praemiserimus. Inter alios titulos, quibus ornari et cumulari potestas Collegarum Imperii, ipsorumque etiam Imperatorum solebat, numeranda praecipue est haec potestas Tribunitia, qua concedebatur ipsis facultas interdicendi omnibus Decretis, quae a Senatu, aut a Magistratibus contra illorum voluntatem fierent. Pagius in *Adnot. crit. ad Annal. Baronii ad ann.* 147. *num.* 8. dicit, Collegis Imperii collatam fuisse Tribunitiam potestatem Proconsulatu perpetuo longe maiorem. Vopiscus in Tacit. *cap. I. Video mihi obiici posse curules Magistratus apud maiores nostros quadriennales fuisse: sed erant Tribuni plebis cum Tribunitia potestate, quae pars maxima Regalis Imperii est.* Idem Pagius *ad an.* 147. *n.* 4. ait, Tribunitiam potestatem et Imperium Proconsulare partes duas supremi Imperii fuisse, ratione

ne quarum Imperii Collegae nuncupabantur. *Eo enim nomine*, inquit, *illos appellatos Historiae Augustae scriptores manifeste insinuant.* Tacitus initio *lib. I.* de Tiberio ait: *illuc cuncta vergere: filius Collega Imperii, consors Tribunitiae potestatis assumitur.* De Tito et Traiano liquet ex Panegyrico Plinii, qui *num.* 8. de Traiano ait: *simul filius, simul Caesar, mox Imperator, et consors Tribunitiae potestatis, et omnia pariter et statim factus est.* Suetonius in *T. Fl. Vespasianum cap. XII.* auctor est, hunc iam Imperatorem factum non nisi sero Tribunitiam potestatem, et Patris Patriae appellationem accepisse. Haec omnia a me commemorata sunt, ut intelligamus Tribunitiam potestatem tanti fuisse, ut munus fuerit conferri solitum cum Imperatoria Dignitate Collegis Imperii, et aliquando iam creatis Imperatoribus: quae quum fixa sint et probe stabilita, veniamus ad Finestresii coniecturam.

Anno Christi 79. solus coepit mortuo patre imperare Titus ex *VIIII. Cal. Iul.* quo tempore decessit pater, ut constat ex Sueton. in *Vespasian. cap. XXIIII.* Quum inscriptio, de qua controversia est, praeferat septimum Consulatum Titi, qui incidit in ann. Christi 79.; ocurrere posset alicui, cum hoc anno, aut cum septimo Consulatu non posse coniungi secundum annum Tribunitiae potestatis, sed tantum primum: quoniam haec potestas, quam partem Regalis Imperii fuisse vidimus, non erat ante deferri solita, quam essent Imperatores, aut Collegae Imperii renuntiati; et aliquando Imperatoribus iam a multo tempore creatis deferebatur, ut de Vespasia-

no legimus. Hanc difficultatem, quae optimo cuique posset occurrere, tollit Finestresius asserens, hoc neminem movere debere, quia Titus vivente patre, ut constat ex Suetonio in *Tit. cap. VI.* habuit iam Tribunitiam potestatem, atque adeo in primo anno Imperii, quo regnabat solus, et in septimo Consulatu potuit plusquam primum annum Tribunitiae potestatis numerare. Hic autem ad carpendum promptulus insurgit et clamat Florezius: *io siento, que esto no le moviese a Finestres para conocer, que sin duda hai ierro en el año II. de la Tribunicia potestad, i Consulado septimo, porque la Tribunicia potestad empezó en el año de* 71. *en el Consulado tercero de su Padre.* Sed ex quo tandem loco scivit Historicus ann. 71. collatam fuisse Tito Vespasiano Tribunitiam potestatem? dicet, credo, ex Suetonii laudato loco: neque enim id aperte constat ex ullo alio scriptore, neque alias caussa esset, cur miraretur, hoc non movisse Finestresium. Sed iam ego miror, quod Florezius Suetonii verum sensum non fuerit assequutus. Nam illa verba: *et eidem Collega et in Tribunitia potestate, et in septem Consulatibus fuit,* non significant Titum Vespasianum patri suo in omnibus septem Consulatibus fuisse Collegam etiam in Tribunitia potestate, (ut sibi persuadere videtur et debet Florezius, ut eumdem locum adversus Finestresium urgeat) sed indicant Titum fuisse patri suo socium in hac potestate, et in septem Consulatibus: quo autem tempore coeperit esse socius patri suo in Tribunitia potestate, id non dicit Suetonius. Illud autem hac evidentissima ratione concludo: si iste

lo-

locus Suetonii intelligendus esset ita, ut verum esset, Titum in septem Consulatibus fuisse patri suo Collegam in Tribunitia potestate; haec collata fuisset Tito anno 70. non 71. contra quam ostendemus postea, et contra quam in hoc loco intendit Florezius: siquidem est certum anno 70. Titum Vespasianum Caesarem Collegam fuisse patri suo in Consulatu, ut videre licet ex Fastis Consularibus apud eumdem Florezium *Tom. IIII. Esp. Sag. pag.* 518. Ergo certum est, Titum in altero ex septem Consulatibus (anno scilicet 70.) Collegam fuisse patri in munere Consulis, non tamen in Tribunitia potestate: ex quo evidenter convincitur, annos Consulatus Titi in Suetonii laudato loco non esse coniungendos cum annis Tribunitiae potestatis. Quod si ita est, ut est profecto, incertum reliquit Suetonius, quo tempore Titus Collega coeperit esse patri suo in Tribunitia potestate.

Finge nunc, ut eumdem locum diutius urgeam, Imperatorem Titum Flavium Vespasianum anno 78. consortem Imperii sibi adscivisse filium Titum; eodemque tempore collatam isti (ut moris erat, quum Collega Imperii renuntiabatur aliquis) Tribunitiam potestatem. Certe hac hypothesi proposita anno 79. atque adeo in Consulatu septimo Titi, numeraretur secundus annus Tribnnitiae potestatis Titi, et tamen verum esset, quod Suetonius ait: *eidem Collega et in Tribunitia potestate, et in septem Consulatibus fuit.* Quid igitur queritur, quid clamat, quid admiratur Florezius? quasi fieri non posset, ut cum Suetonio componeretur sententia Finestresii. *Mira pues si ha*

de

de mover a nadie lo que el R^mo P. M. Florez supone, que ha de mover a todos.

Quum ergo demonstratum sit, ex Suetonii laudato loco non posse investigari tempus, in quo Tribunitiam potestatem accepit Titus; tantum monuit Finestresius, admirari nos non debere, quod cum septimo Consulatu Titi, (primo scilicet anno, quo iste imperabat) coniungatur secundus annus Tribunitiae potestatis, qui propter rationes superius allatas debebat esse primus; quia videlicet ipse Titus vivente patre huius potestatis particeps fuerat; atque adeo in Consulatu septimo, primo Imperii, potuit numerare secundum. An vero secundus, an fortasse tertius, an quartus numerari deberet, id omisit Finestresius: quia non reperiens apud scriptores Historiae Augustae, quo potissimum tempore illa potestas delata esset, noluit in hanc disputationem ingredi; sed tantum animadvertere, quod in Consulatu septimo Titus potuit numerare secundum, quod certe verissimum est. Oportebit itaque, quoniam in hunc locum incidimus, paullo plenius totam rem tractare, et facere computationem annorum Tribunitiae potestatis Titi, omissam a Finestresio, et non satis belle exactam a Florezio incudi reddere.

Pagius ad *ann. Christ.* 71. ingeniose concludit ex Plinio, Philostrato, et Iosepho, quinto Calendas Aprilis, seu die 28. Martii huius anni Titum renuntiatum fuisse Collegam Imperii. Quoniam vero vidimus consortes Imperii uno eodemque tempore solitos fieri consortes Tribunitiae potestatis; numere-

mus

mus ab hoc anno collatam Tito Tribunitiam potestatem: in quo ego non immorabor diutius, quandoquidem haec est doctrina Florezii, quem nobiscum in hac re consentientem habemus. Ostendemus autem, quam male subductis rationibus Historicus emendet hanc inscriptionem coniungens annum septimum Tribunitiae potestatis cum Consulatu septimo. Nam si pro numero annorum multiplicabantur anni Tribunitiae potestatis in Imperatoribus; et annus 71. fuit primus Tribunitiae potestatis Titi; ann. 72. secundus; (quae omnia fatetur Florezius (*b*) in hoc numero 11.) annus 73. debuit esse tertius; 74. quartus; 75. quintus; 76. sextus; 77. septimus; 78. octavus; 79. nonus; atque adeo cum Consulatu septimo Titi (qui incidit (*c*) in ann. 79. consentiente Florezio) minime coniungi debuit septimus annus Tribunitiae potestatis, in quo insigniter errat Florezius, sed nonus. Quod quum per se dilucidum sit, tum id ipsum confirmatur ex aliis inscriptionibus, quas miror praetermisisse Florezium, quum nervos et industriam suam in hanc rem explicandam contulisset.

Apud Muratorium *pag.* 228. Graeca inscriptio est Neapoli reperta, ubi Consulatus octavus Titi (qui fuit ann. 80.) coniungitur cum anno decimo Tribunitiae potestatis eiusdem Imperatoris; hoc modo annus

---

(*b*) Ibi: *Porque la Tribunicia potestad empezó en el año de 71. . . . . i cada año iba aumentando numero, de suerte, que siendo año primero de Tribunicia Potestad en el 71. de Christo, era II. de la Tribunicia Potestad en el 72. i asi de los demas hasta el fin.*

(*c*) Num. 11. his verbis: *Prosiguiendo pues hasta el año de 79. (en que fue Consul VII.) corresponde*, cet.

annus nonus respondere debet Consulatui septimo. Id ipsum manifestum est ex Grutero, qui *pag. CLXXXVIIII. num.* 9. ex Fastis Panvinii hanc producit inscriptionem. T. CAESAR. DIVI. F. VESPASIANVS. AVG. PONTIF. MAX. TRIB. POT. X. IMP. XV. COS. VIII. Ab eodem Grutero *p. CCXXXXIIII. num.* 6. producitur aliud monumentum, de quo quamvis dubitent nonnulli eruditi viri, silere certe non possum, quum multi contra sint, quibus nullam fraudem oleat. IMP. TITO. CAESARI. DIVI. VESPASIANI. F. VESPASIANO. AVG. PONTIFICI. MAXIMO. TRIB. POT. X. IMP. XVII. COS. VIII. P. P. PRINCIPI. SVO. S. P. Q. R. QVOD. PRAECEPTIS. PATRIS. CONSILIISQVE. ET. AVSPICIS. GENTEM. IVDAEORVM. DOMVIT. ET. VRBEM. HIEROSOLYMAM. OMNIBVS. ANTE. SE. DVCIBVS. REGIBVS. GENTIBVSQVE. AVT. FRVSTRA. PETITAM. AVT. OMNINO. INTENTATAM. DELEVIT. In opere Caii Suetonii Tranquilli elegantissime et castigatissime curante Petro Burmanno edito Amstelaedami apud Ianssonio Waesbergios post absolutum opus, in volumine II. ante adnotationes Graevii, aliorumque eruditorum, antiquae et illustriores ponuntur inscriptiones de Caesaribus Suetonianis: in quarta, quae ibi affertur de Tito Vespasiano, copulatur decimus annus Tribunitiae potestatis Titi cum Consulatu octavo. Nunc tantum curo positam ibi in *num.* 3. *pag.* 12. quae proprius et pressius ad rem nostram Consulatum septimum Titi cum nono anno Tribunitiae potestatis coniunxit. IMP. TITVS. CAESAR.

DIVI.

DIVI. F. VESPASIANVS. AVG. PONT. MAX. TRIBVNITIAE. POTEST. IX. IMP. XV. CEN. COS. VII. DES. IIX. RIVOM. AQVAE. MARCIAE. VETVSTATE. DILAPSVM. REFECIT. ET. AQVAM. QVAE. IN. VSV. ESSE. DESIERAT. REDVXIT.

Atque hic non possum non reum arguere Florezium violatae legis septimae, quam omnium suffragiis comprobatam inter leges emendandi proposuit Ioannes Clericus in *Arte Crit. Part. III. Sect. I. cap. XVII. num.* 44. DE OMNIBVS IN NOTIS MONERE LICETO, AT NVLLA, NISI MANIFESTA, AVT EX MSS. CODD. HAVSTA LECTIO, IN CONTEXTVM ORATIONIS INFERTOR. Nec Ioannem Clericum, ut puto, accusabit Florezius nimiae in hac re modestiae, nimiaeque verecundiae, quum (*d*) Febronius, aliique illum asserant non minus abusu critices, quam eruditione famosum. „ La segunda inscripcion, persequitur Florezius *num.* 12. „ es del año 80. en que Tito fue Consul VIII. como „ expresa la piedra. No declara el año de la Tribunicia potestad, que Finestres (prosiguiendo en su „ ierro) dixo debia ser III. no correspondiendo sino „ el octavo, creciendo un año sobre la precedente, „ como el numero del Consulado, que en la primera fue VII. i aqui VIII. Por tanto si en aquella „ era año VII. de la Tribunicia potestad (como „ lo fue, i lo pudo ver Finestres notado en Gru-

V „ tero

(*d*) In opere, cui titulus: *Iust. Febronii Principia Iuris Publici Ecclesiastici Catholicorum ad Statum Germaniae accommodata cap. XVI. num.* 21. *in not.*

„ tero al pie de la inscripcion) aqui corresponde
„ VIII. " Ego re paullulum immutata totum hunc locum in eumdem Florezium convertam. No declara (la segunda inscripcion) el año de la Tribunicia potestad, que el R.mo P. M. Florez prosiguiendo en su ierro, dixo debia ser octavo, no correspondiendo sino el X. creciendo un año sobre la precedente, como el numero del Consulado, que en la primera fue VII. i aqui VIII. Por tanto si en aquella era año VIIII. de la Tribunicia potestad (como lo fue i lo pudo ver su R.ma en las inscripciones alegadas, i sacando bien las cuentas del año de Tribunicia potestad, que correspondia al Consulado VII. habiendo aquella empezado en el año 71.) aqui corresponde X. Satis mihi multa dixisse videor: sed paucis adhuc Lectorem volo. Scilicet in prima inscriptione, de qua multa verba fecimus, potuit errari numerus Consulatus: Quare si alicui minus violenta videatur emendatio, qua commutemus VII. in II. quam ea, qua commutemus II. in IX.; legat TR. P. II. COS. II. P. P. Sin minus haec placent, corrigat numerum Tribunitiae potestatis hoc modo TR. P. IX. COS. VII. P. P: emendatio vero Florezii nec cum secundo, nec cum septimo Consulatu coniungi potest.

Quum nihil sit, quod non suis persequatur argutiis Scriptor Hispaniae Sacrae, miraberis profecto in quam minutissimis levissimisque rebus haereat, ut impugnet Finestresium. In *num.* 15. hanc ponit inscriptionem

PIO.

PIO. ATQVE. INCLITO. DN. TRAIANO
NOBILISSIMO. AC. FORTISSIMO. ET
FOELICISSIMO. CAESARI. SEPTIMIVS
AGNIDIVS V. C. AGENS. PER. HISPANIAS
V. C. ET. VICE. SACRA. COGNOSCENS
NVMINI. MAIESTATIQVE. EIVS. SEMP
DICATISSIMVS

Deinde haec Historicus, „ Grutero *pag. CCXXXXVI.* 3. i *CCLXXIII.* 5. antes de VICE SACRA pone „ ET. i primero dió P. T. Finestres *pag.* 34. ci- „ tando a Grutero *pag. CCLXXIII. num.* 5. i no dan- „ do la copia, como está alli, puso P. T. en lugar de „ ET. para interpretar *Provinciae Tarraconensis*: pe- „ ro no debe contraherse a esta el que se dice *Agens* „ *per Hispanias*, las quales son dos Citerior, i Ul- „ terior. Las cifras repetidas V. C. las interpreta *Vir* „ *Clarissimus Agens per Hispanias Vir Consularis*, „ cuia repeticion de *Vir* parece molesta: i es „ mas natural la interpretacion de Gudio citado „ de Grevio *Vir Clariss. Agens per Hispanias Vi Ca-* „ *riatum*, *Et Vice Sacra Cognoscens*. Lo que puede „ confirmarse con Sertorio Ursato, que lee VC. „ AFRIC. *Vicarius Africae*: i si VC. denota *Vicario*, „ puede en el contexto presente significar el *Vicaria-* „ *to.* " In hoc loco nemo non animadvertet, quam multa proferat Florezius non optime quidem inter se cohaerentia. Iste enim, ut paullo ante vidimus, produxit inscriptionem in *num.* 10. septimo designato anno Tribunitiae potestatis, quum tamen Gruterus,

quem citat, secundum habeat: idem *cap. III. num.* 9. ponit inscriptionem dedicatam L. Cornelio Celso, in cuius linea sexta legitur apud Gruterum COS; et tamen ipse non veretur ponere POS, nulla mentione correctionis, nec auctoris, cui haec tribuenda est: in versu decimo monumenti a Florezio positi *num.* 11. *cap. XI.* legitur NICOMEDIENSIVM, quum Gruterus habeat NICOMEDENSIVM. Quid dicet ad haec Florezius? praeferendam esse scilicet correctiorem emendationem? cur non idem in Finestresio patietur, qui quidem eo magis audiendus est, quod emendationem proferat, quae auctorem habet ipsum Gruterum? Sic nos in Florezium retorquebimus illa verba: *El R.mo P. M. Florez citando a Grutero, i no dando la copia como está alli, leió* VII. COS. NICOMEDIENSIVM. Interim tamen, ut omni culpa vacet Finestresius, adverte in fine commentariorum ad hanc inscriptionem legi haec verba: *nam* P. T. *quod habet lapis .. aliae schedae habent* ET.

In controversiam vero vocat illam lectionem Florezius, quod illae litterae P. T. minime sint aptae huic Agnidio, qui Vice Sacra cognoscens per Hispanias, hoc est Citeriorem et Vlteriorem, non debet inscribi Vir Consularis unius tantum provinciae, Tarraconensis scilicet: quod tamen mihi nullum negotium facessit: potuit enim Agnidius Agens per Vtramque Hispaniam curare aliquas res singulari ad id mandato Imperatoris, data eidem potestate, ut de caussis ad mandatum pertinentibus *Vice Sacra* cognosceret, quum tantum fuisset Consularis Vir provinciae Tarraconensis, quo nomine intelligendum puto

to cum Finestresio *Clas. II. num.* 11. eum, qui provinciam rexerat. Displicet etiam Florezio interpretatio siglorum V. C. quae *Vir Consularis* Finestresio significant, et verisimilius esse videtur Florezio, quod Gudius ait, significare *Vicariatum*. At istae litterae numquam habuerunt talem vim et potestatem: quamvis enim apud Sertorium Vrsatum VC. AFRIC. valeant *Vicarius Africae*; in hoc tamen monumento non habemus VC. uti in Sertorio Vrsato; sed V. C. posita in medio interpunctione, et modico relicto spatio inter unam et alteram litteram, quod mihi maximo argumento est, ut credam duplex, non unum his litteris comprehendi verbum. Quid? quod certum est, tempore Nervae Traiani, cui dedicatam volumus hanc inscriptionem, nondum in usu fuisse (*e*) munus Vicarii per Hispanias. Hanc difficultatem ut declinaret Florezius, in exordio huius explicationis incertum reliquit, an haec inscriptio pertineret ad Decium, an ad Nervam Traianum. Mihi tamen certissimum est, Nervae Traiano, ut Finestresius statuit, non Decio tribuendam esse: siquidem exploratum est et inconcussum apud omnes, Decium nusquam solo nomine Traiani significari. Quod autem ait Florezius in hoc numero, *ès de recelar se le pasase al copiante o gravador*, miserabilius est, et desperati hominis perfugium.

Num. 16. ait Florezius: „ Omito otra inscripcion „ de Trajano alegada por Finestres como de Tarra-

„ gona:

(*e*) Pancirola in *Notit. Imp. Occid. cap. LXVII.* creationem Vicarii Hispaniarum ad Diocletiani tempora refert.

„ gona : lo que no es asi , sino de *Terracina* en Ita-
„ lia , donde la vieron Sirmondo i Fabreti : i allí la
„ coloca la nueva edicion de Grutero con Grevio , i
„ aun Grutero previno en sus notas , que era de
„ Terracina , como previene Fabreti. " Hic tantum
monitum Lectorem volo , Grutero , si quid in hac
re peccatum est , tribuendum esse errorem , seu potius typographo , qui , ut in notis animadvertit
Gruterus , valde stipes Tarraconem pro Terracina
praefixit. Tribuenda autem Finestresio est tota explicatio , quam Florezius affert ad inscriptionem
primo loco positam *num.* 19. et bona pars alterius
commentarii , quod subiunxit ad secundam.

Crepans semper Finestresii errores Florezianum
opus vide quam minutissima persequatur in *num.* 23.
posita primum duplici inscriptione , quam ibi videre poteris ; atque etiam admirari , cur non alium
titulum Historicus huic operi praefixerit. „ Donde
„ vemos , inquit , un mismo nombre , prenombre,
„ apellido , tribu , i padre , que prueban ser una
„ misma persona , i una misma patria Tarragona.
„ Finestres *pag.* 180. se inclina a diversas personas,
„ por quanto los dedicantes fueron diversos : la Pro-
„ vincia aqui , i la hermana alli. Pero esto no im-
„ pide la identidad , porque a una misma persona se
„ hacen varias dedicaciones , como vimos en L.
„ Cornelio Celso ..... Añade Finestres , que uno
„ de estos Numisios se dice Flamen , i otro no. Pe-
„ ro tampoco obsta : pues diciendo , que tuvo *todos*
„ *los honores* , no necesita explicar ninguno. Lo mas
„ notable es , que Finestres en la *pag.* 74. reputó por

„ uno

„ uno al Numisio de estas inscripciones : i despues en
„ la *pag.* 180. tira a probar, que eran diversos por
„ los alegatos referidos. " Quatuor hic ex Sylloge
Finestresiana conferendi sunt loci : videlicet commentarii ad inscriptiones 6. *et* 73. *Clas. III.* et ad inscriptiones 38. *et* 39. *Clas. IIII.* Finestresius ad inscriptionem 6. *Clas. III.* dicit : *Alias suo loco dabimus inscriptiones dicatas huic L. Numisio* : ubi sunt istae, quaeret Florezius ? In *Clas. IIII. num.* 39. reperies monumentum dedicatum huic L. Numisio Montano, quamquam subest dubitatio, an istud monumentum sit pars et fragmentum illius eiusdem. In *Clas. III. n.* 73. reperies inscriptionem dedicatam ab eodem L. Numisio Montano Portiae Maternae Flaminicae perpetuae, et uxori suae. Sententia Finestresii tam in *pag.* 74. quam 180. unus idemque est in omnibus his monumentis L. Numisius. At dices, inscriptio, quae est in *num.* 73. *Clas. III.* non est huic, sed ab hoc dedicata. Verum Finestresius, quum dixit, se daturum alias inscriptiones huic L. Numisio dicatas, intellexit alias pertinentes ad hunc L. Numisium. Quod si volumus captare verba, fatebimur quidem, Finestresium conficientem Syllogen, quum multas haberet in manibus, et inter has, quatuor inscriptiones, in quibus mentio Numisiorum erat, putavisse, quum primam collocaret, se daturum alias huic L. Numisio dedicatas ; posteaque quum ventum fuit ad sedem aliarum longissime distantem a prima illa cuius meminimus, in contrariam abiisse sententiam, et rem proprius diligentiusque examinantem putavisse diversos fuisse Numisios

sios harum inscriptionum. Sed pudet in his rebus immorari, quae contemnendae potius, quam reiiciendae sunt. Illud tamen minime praetereundum est, Florezium hic criminantem Finestresium in multis quidem egregie falli.

Neminem latet, uni eidemque dedicari plures inscriptiones solitum fuisse: neque id umquam ignoravit Cervariensis Academicus, qui ex dedicantium diversitate non collegit duos fuisse Numisios: sed id posuit tamquam levissimam coniecturam adhaerentem alteri multo graviori, quae haec est: in inscriptione, quam Florezius collocat *num.* 22. L. Numisius dicitur Flamen; at vero in L. Numisio alterius monumenti a Florezio positi *num.* 20. nihil huiusmodi reperitur. Adde illum esse, ut monumentum prodit, Tarraconensem; de istius patria altum silentium in inscriptione est: quae mihi maxime persuadent, non unum eumdemque, ut vult Florezius, sed diversos fuisse Numisios, aut saltem rem incertam omnino relinqui. His Florezius: *añade Finestres, que uno de estos Numisios se dice Flamen, i otro no: pero tampoco obsta: pues diciendo, que tuvo todos los honores, no necesita explicar ninguno.* Paucis verbis duo magna peccata: alterum quod putet in inscriptione, in qua L. Numisius non dicitur Flamen, dici omnibus honoribus functum, in quo egregie fallitur; alterum quod Flaminium includi iudicet in generalem illam clausulam *omnibus honoribus functus*, in quo, si quid video, vehementer errat: mihi enim tam certum est, quam quod certissimum, illis verbis compre-

prehendi tantum civiles honores, non sacros, uti Flaminium: cuius rei evidens quidem argumentum est vel sola inscriptio allata a Florezio eod *num.* 22. (*f*) ubi, nisi est quod dicimus, stulte poneretur post OMNIBVS HONORIBVS FVNCTO Flaminium L. Numisii. Superest ut ostendamus, in altera inscriptione, in qua L. Numisius non dicitur Flamen, nec dici omnibus honoribus functum; quod fieri non potest, nisi producta in medium utraque inscriptione, quae ita habet

L. NVMISIO
L. FIL. PAL
MONTANO
AED. Q. II. VIR
ITEM. QQ. II. VIR
EQVO. PVBL. DONATO
AB. IMP. HADRIANO. AVG
IVDICI. DECVR. I
NVMISIA
VICTORINA. SOROR
TESTAMENTO
IN. FORO. PONI. IVSSIT

L. NVMISIO. L. F
PAL. MONTANO
TARRAC
OMNIB. HONO
IN. REP. SVA. FVNCTO
FLAM. P. H. C
P. H. C

Quod praenomen, nomen, tribum, et cognomen, et praenomen patris habeant communia, non evincit, unum eumdemque esse Numisium: potuit enim, ut alia omittam, alter alterius esse filius, quod prudenter coniiciebat Finestresius.

In *num.* 29. aperto marte non audet Historicus impugnare Finestresium, sed suspectam reddente

X in-

(*f*) Idem videbis in *Clas. III. Syllog. Finestres. num.* 1. 2. 3. 7. 8. *et* saepe alibi.

inscriptionem, quae huic legitima fuit, non posset non ex hoc loco aliquid in Finestresium redundare. Inscriptio ita habet

M. AVR. VERO. CAES. IMP
CAESARIS. TI. AELII. ADRIANI. ANT
AVG. PII. F. P. AELIO. COS. II
SCAPHARII. QVI. IVLIAE. RO
MVLAE. NEGOTIANTVR
D. S. P. D D

„ Los Scapharios, inquit Florezius, o comerciantes
„ de Sevilla por agua con esquifes no tenian motivo
„ para erigir en Tarragona memoria por tener Ca-
„ pital separada, donde levantaban sus monumen-
„ tos : pues decir que eran comerciantes, no de
„ Sevilla, sino de Tarragona, diera ocasion a que
„ tampoco se tuviesen por comerciantes de Sevilla
„ los que tenian alli otra inscripcion en nombre
„ de los Scapharios, *qui Romulae negotiantur* : pues si
„ esto denota comerciantes *en Romula*, no *de Ro-*
„ *mula*, pudieran haberla puesto en Romula los que
„ no fuesen de alli, sino los de Carthagena, o Ca-
„ diz. Entendiendo pues, como todos entienden a
„ los Scapharios de la misma Romula, no queda lu-
„ gar para aplicar esta inscripcion a comerciantes de
„ Tarragona, i no siendo de estos la memoria no
„ hai motivo de admitirla aqui, quando por otra
„ parte se halla mal arreglada, i sin testigo que
„ abone su existencia despues de levantados los es-
„ crupulos " Mihi tamen haec nullum adhuc scru-
pulum

pulum iniecerunt. Sed prius quam ad tollendum dubium a Florezio excitatum accedam, audiamus Finestresium ad *num.* 17. *Clas. II.* „ Sed quid est, „ quod Romulenses Scapharii Tarracone extra Baeticam eorum provinciam μνημόσυνον istud posuere? „ An quia etiam Tarraconem scaphas iuxta litora de„ portabant? An quia eorum pars Tarraconensis „ Hispaniae oras et portus incolebant, ut suorum „ maioribus navibus advenientibus praesto essent ad „ onera accipienda et transvehenda? At fortasse non „ loquitur de Scaphariis Romulensibus, sed de Tar„ raconensibus, qui Romulae negotiabantur illic mer„ ces transvehentes, quum inscriptio Tarracone fuerit „ posita." Ego nisi setas in ovo quaerere, et cavillari velimus, non intelligo, cur non potuerit istud monumentum erigi a Tarraconensibus Scaphariis, qui Iuliae Romulae negotiarentur. Sed demus Historico, ut videat, quam liberaliter agamus, intelligi debere Scapharios, non Tarraconenses, qui Romulae negotiarentur, sed Romulenses. Isti, ut ait Florezius, *no tenian motivo para erigir en Tarragona memoria, por tener Capital separada donde levantaban sus monumentos*, quae ratio per se levis, et imbecilla cum movere neminem debuisset, (quis enim scit varios casus, et multa rerum discrimina per quae id fieri potuit?) tum nec minimum scrupulum iniicere Florezio debuisset: quod ut ostendam, non possum non describere, quod ipse Historicus ait *cap. XXIII. num.* 2. Agitur ibi de monumento a Segobrigensibus Tarracone erecto L. Annio Cantabro. „ En Segobriga, inquit, egerció (L. Annius

Cantaber) todos los honores, i queriendo hon-
„ rarle aquella Ciudad, decretaron los Decuriones
„ erigirle esta memoria a costa del Publico: todo
„ lo qual engrandece el merito del sugeto ..... Es
„ tambien prueba del aprecio con que miraban los
„ monumentos puestos en Tarragona: pues siendo
„ Segobriga Capital de la Celtiberia, no se conten-
„ taron con erigirle alli la memoria, sino ponerla
„ en la Matriz de todas las Regiones de la España Ci-
„ terior. " Cur non idem dici potest de Scaphariis Romulensibus, quamvis isti pertinuerint ad Hispaniam Vlteriorem? mihique nunc usurpabo, quod Florezius ait: *remitiendo a otros el averiguar el motivo*, *cap.* scilicet *XIIII. n.* 4. ubi haec: *i no debió estrañar* (Muratorius) *que Tarragona pusiese esta memoria a varon de Provincia tan distante, como Galicia de Tarragona, remitiendo a otros el averiguar el motivo.* Quamquam non poterit non subesse caussa, si dicam, voluisse Romulenses non solum in Vlteriori Hispania, sed etiam in celebriori urbe totius Hispaniae Citerioris relinquere perpetuum testimonium observantiae erga Imperatorem suum. Teneamus ergo cum Grutero *pag.* scilicet *CCLVIII.* 1. Tarraconi tribuendam esse hanc inscriptionem.

In *num.* 34. Florezius discedit a Finestresio in re satis involuta, atque perplexa. Quoniam vero non carpit Cervariensem Academicum, eum ut sensu abundet suo permittemus: interim illum sua, nos Finestresiana delectabunt. Illud autem maiori roncho dignumque cachinno, quod Finestresius exquisitam inscriptionem P. Helvii Pertinacis omiserit,

quod

quod delictum ambabus buccis inflatus persequitur Florezius *num.* 35. quem vindicantes Cervariensem Academicum a prologo volum. *XXIIII.* transcripsimus. Satis ibi dictum est de paucis inscriptionibus, quae praetermissae sunt a Finestresio conficiente Syllogen suam : nunc addo, hanc esse unam inscriptionem, quam dolere poterat Respublica Litteraria, non incidisse in manus Cervariensis Academici. Sed haec erit una inscriptio, qua nos ostendemus, in quanta obscuritate versetur Historicus remota luce Finestresii, quem non potuit in hoc loco, uti saepissime alias, in proprios usus convertere. Quoniam autem haec diiudicari facile non possunt, nisi fidelibus subiiciatur oculis inscriptio, de qua controversia est, placet eam in hoc loco describere, ut tota res, qua de agitur, distinctius et apertius intelligatur.

IMP. CAES. P. HELVIO
PERTINAC PRINCIP
SENATVS ⸰ PATRE ⸰ PATRIAE
COS II
Q SOSIO FALCONE C IVLIO ERVCI
O CLARO COS III IDVS FEBR
SENTENTIAM QVAM TVLIT
L NOVIVS RVFVS LEG AVG PR
PR V C INTER COMPAGANOS RI
VI LARENSIS ET VAL FAVENTINAM
DESCRIPTAM ET PROPOSITAM PR NON
NOVEMBR IN VIS RVFVS LEG CC ∞
DECRETVM EX TILIA RECITAVIT
CON-

CONGRVENS EST INTENTIO MEA QVA
..........VS PROXIMAE ARGVMENTIS
................PARTE PROLATIS REI
.........P...... VT MEACTV ESTD
....................NSPECTIO ITAC
......................IN PRIVI .....

num. 37. ait Florezius : „ porque esta no es dedica„ cion hecha al Emperador, sino en su tiempo, i „ denotando esto digeron : *Imperatore Caesare P.* „ *Helvio Pertinace Principe Senatus.* " Sententia igitur Florezii monumentum hoc dedicatum fuit tempore, quo imperabat Pertinax, in quo non levis est difficultas, quam miror a Florezio, qui tam cernit acutum, fuisse praetermissam. In hoc monumento mentio fit sententiae latae Q. Sosio Falcone, et C. Iulio Erucio Claro Coss. III. idus Februarii; descriptae et propositae pridie nonas Novembris: venerat igitur iam pridie nonas Novembris, quum hoc monumentum fuit erectum. At hoc tempore tam certum est, quam quod certissimum, iam non imperavisse P. Helvium Pertinacem, qui his ipsis Consulibus V. cal. Aprilis occisus fuit a Praetorianis, ut constat ex Capitolino *in Pertinace*, Herodiano *in lib. II.* Eutropio *lib. VIII.* Ergo non potuit dedicari hoc monumentum tempore, quo imperabat Pertinax. Quo nos igitur pacto ab hac difficultate expediemus? Nisi dicimus illa verba *Imp. Caes. P. Helvio Pertinace* ad tempus latae, non ad tempus promulgatae, et in monumento propositae sententiae, referenda esse (in quo tamen vix adquiescere possum)

non

non video quo pacto possint ista conciliari. Sed id fuerit indicasse satis. *Num.* 39. ait Florezius : „ Entonces dia tres de los idus de Febrero se dió la „ sentencia hecha por *L. Novio Rufo*, Legado Au-„ gustal, Propretor de la Provincia Citerior de Es-„ paña : pues aunque Grutero pone PR. PR. V. C. „ i en mi copia PP. PR V C ; creo que debe leerse „ PR. H. C (PR*ovinciae* H*ispaniae* C*iterioris*) por-„ que de otro modo no declara el Legado el territo-„ rio de su autoridad, i cada uno acostumbraba ex-„ presar la Provincia de su jurisdiccion. " Hic ego certe nullam caussam video, cur contra fidem omnium exemplarium debeat Historicus emendare litteram V in H, quum retenta V commodum habeat sensum, designato *Viro Consulari*, aut *Clarissimo*; nec aliunde necessaria sit ulla correctio. Quod enim ait, si retinemus litteram V, non indicari iurisdictionis locum, non magnopere urget. Nam ipse Florezius *cap. III. num.* 10. posita inscriptione dedicata L. Cornelio Celso, qui dicitur Praefectus orae maritimae, ait : *El Celso, a quien Licinio puso la otra memoria, era Prefecto de la costa : pero no expresa la inscripcion de que costa. Creible es, que fue la de Tarragona, de que se va a tratar*, quia scilicet Tarracone inventus lapis. Idem Florezius eod. *cap. num.* 20. ait : *Ponela Grutero ..... como existente en Tarragona, por lo que corresponden a esta Ciudad los cargos de Edil &c. .... i por lo mismo decimos, que habla de la costa de Tarragona, como corresponde a quien no la excluie por expresion de otra costa.* Eamdem rem Historicus urget adversus Finestresium

cap. XI.

cap. XI. num. 14. *pag.* 108. ubi haec : *i aunque Finestres .... dice no sabe de que Provincia era Presidente , debemos entender ... de la España Citerior.* Quid plura ? eodem *cap. num.* 20. *pag.* 111. agens de monumento Maecio Probo dedicato ait : *Su muger Pomponia Arria , i su hijo M. Pomponio Maecio cuidaron de ponerle esta memoria despues de muerto : i habiendo sido en Tarragona , corresponde aplicar a esta Provincia i Capital la Legacia , aunque la piedra no lo expresa.* Quae quidem , nisi me omnia fallunt , manifesto declarant , in nostro lapide , quamquam indicatus non sit locus iurisdictionis , intelligendum fuisse provinciam Tarraconensem. Vitanda est igitur haec emendatio , quum Florezius correctionem Finestresii (*g*) contempserit in alio loco , in quo erat desperata salus.

Progreditur Florezius , et *num.* 40. ait „ Este „ Novio Rufo es de quien habla el *lib.* 28. de los Digestos *tit. V. de Hered. inst. l.* 92. " Satis hercle confidenter id affirmat Historicus , a quo non possum non desiderare salutare illud adverbium *fortasse* , quo sibi cavere solent omnes auctores in proponendis huiusmodi coniecturis. Nam quae tandem caussa est , cur tam constanter et affirmate asseveremus , Novium Rufum , qui tulit hanc sententiam , eumdem esse cum Novio Rufo , de quo loquitur laudata lex ? propter idem nomen videlicet , et quia uterque in haec tempora incidit : imbecillum sane et debile argumentum , quod locum aperit con-

(*g*) Vide Finestresium vindicatum a *cap. XIIII. num.* 5.

coniecturae minime contemnendae, rem tamen incertam relinquit. Risum autem vix tenebunt Iureconsulti, quum legent in Florezio: „ pero la Insti-„ tuta *lib.* 2. *tit.* 15. expresa a los dos *Divi Severus* „ *et Antoninus* (Caracalla) hablando de esta lei, „ que menciona a Novio Rufo. " In totis Institutionibus Iustinianaeis nulla est huius legis mentio: *in lib.* 11. *tit.* 15. reperitur §. 3. his conceptus verbis: *Sed si instituto heredi, coherede substituto dato, alius ei substitutus fuerit; Divi Severus et Antoninus sine distinctione rescripserunt, ad utramque partem substitutum admitti.* Hic autem nulla mentio est legis 92. *de Her. inst.*, nec de argumento agitur, quod in laudata lege tractatur.

Accedamus nunc oportet ad difficilem et implicatum nodum, qui dignus erit vindice Finestresio. „ Aquella sentencia, ait Florezius *num.* 42., que dió „ el Legado L. Novio, fue propuesta PR*idie* NON*as* „ NOVEMBR*is* por el *Ilustre Varon Infra Scripto* „ RVFO, que fue quien leió el decreto, i es lo „ correspondiente a las cifras del renglon doce IN. „ V. I. S. IN*lustris* V*ir* I*nfra* S*criptus* RVFVS, co-„ mo promete el contexto de la formula. " Siglorum haec interpretatio debetur Scaligero, qui eam proposuit in Indice Gruteriano. Sed supersunt alia difficiliora, quae exspectant Florezii industriam; scilicet litterae illae versus duodecimi, in quarum explanatione ait Florezius: „ el LEG. CCCX es ir-„ regular, i solo puedo sospechar, que indica ser este „ Rufo Ministro del Legado, o lo que mejor te pare-„ ciere. " Haec tu putabas non posse dissolvi: at

quam festive dissolvitur? Hic ego miror, nostrum Historicum, qui tantopere exagitat Cervariensem Academicum, quod non consuluerit Foguetium, in idem peccatum incidisse, eo gravius puniendum, quod depravationem aliquam suspicari poterat in hoc loco, ubi nullam inveniebat explicandi viam. Itaque si consuluisset, aut diligenter inspexisset apographum Foguetii (*pues con razon* (*b*) *alaba su persona por la erudicion i doctrina*) vidisset, non legi CX in fine versus duodecimi, sed separatum et male informatum nexum quemdam litterarum, qui nostro iudicio si non est perfecte ET propter inscitiam marmorarii, debuit tamen esse ЄƬ, aut quippiam simile, quo clausula subsequens coniungatur cum antecedenti. Ex Additione Inscriptionum Romanarum, quae superiori anno prodiit Cervariae, cum multa alia, tum etiam explicationem huius loci tribuere debes Finestresio, qui ita interpretatur LEG*it* C*oram* C*oncilio*, vel *Conventu* (iuridico scilicet Tarraconensi) *Et Decretum Ex Tilia Recitavit.* Si cum Florezio intelligis illud LEG de Legato, ubi erit verbum LEGIT, aut nota compendiaria, quae illud significet? Quo referendum erit, aut ex quo loco interpretatur Florezius *Leió*? Praeterea, nisi τὸ LEG versus duodecimi interpretemur *Legit*, ut regat sententiam, quam tulit L. Novius Rufus Legatus Augusti Pro Praetore, nullum habet commodum sensum illa clausula. Quare illud LEG minime pertinere potest ad Legatum, ut vult Historicus: qui si po-

(*b*) Vid. *cap. XVI.* Florezii *num.* 2.

potuisset in explicatione huius monumenti mutuari lucem, quam ex commentariis Finestresii solebat accipere, numquam certe in tantas salebras incidisset. Sed haec satis sint, ut omnes intelligant, quam miserabiliter aqua haereat clauso fonte, ex quo tam frequenter Historicus irrigare solet hortulos suos.

FINESTRESIVS VINDICATVS a cap. XXIII. volum. XXIIII. Hisp. Sacr.

LAcessito saepissime Finestresio insultat etiam Historicus *num.* 5. in quo agitur de monumento, quod M. Fabio Paulino Ilerdenses posuerunt. Haec inscriptio, quae apud Finestresium finitur hoc verbo POSVERVNT, a Florezio alio modo exhibetur additis his litteris D. D. Q post verbum POSVERVNT, quod erat ultimum in inscriptione Finestresii. Haec quum maneant in caussa, vide quas tragoedias in nugis excitet Florezius *num.* 5. „ Fines„ tres no conoció este final de la dedicacion, por„ que haciendo asunto de recoger las inscripciones „ conservadas en Cataluña, no examinó los libros „ principales del asunto, que son los de Grutero, i „ por tanto no le citó aqui, ni puso lo que hai en „ él: i lo que mas es, alegando a Morales i a Icart „ no dió la piedra como en ellos con el final de „ D. D. . . . . . Ni leió a Pujades (a quien cita) pues „ este en la materia refiere las D. D. que añade Icart,

„ interpretandolas del Decreto de los Decuriones:
„ lo que no es correspondiente a piedra, cuio sitio
„ fue concedido por la *Provincia* (no por los Decu-
„ riones) i en que otros copiantes añaden al fin la
„ Q, con quien no puede leerse *Decurionum Decreto*,
„ sino *Posuerunt De Dicarunt Que.*" Finestresius non examinavit diligentius Gruterum, quia debuit, ut in principio diximus, hunc librum evolvere in alienis bibliothecis; domi suae non potuit. Non cuivis homini contingit adire Corinthum, uti Henrico Florezio, qui Mantuae Carpetanorum abundans, et instructus omnibus adiumentis, quibus indiget huiusmodi scriptor, potest omnia monumenta castigatissime edere. Nec deinde in proposita inscriptione corruptum aliquid, aut depravatum erat, quod Cervariensem Academicum impelleret ad consulendum Gruterum. Igitur quum haberet exemplum huius monumenti a Puiadesio eleganter editum, in quo nihil erat, quod ab usu Romanorum abhorreret, Puiadesium citavit: neque voluit inquirere, an haec inscriptio esset in Collectione Gruteri; neque ut id vellet, quum librum hunc in promptu non haberet, caussam ullam video. Stomachum autem et bilem maxime movent illa verba: *ni leió a Pujades, á quien cita.* Sed ex quo tandem cognoscitur Cervariensem Academicum non legisse Puiadesium? an quia omisit litteras illas D. D. quas Puiadesius in commentariis ait, reperiri in apographo Icartii? Sed si Puiadesius, quum id diceret in commentariis, noluit tamen in apographo ponere has litteras; cuius culpae reus esse debet Finestresius, si fidelissime

tran-

transcribens Puiadesium noluit eas ponere, praesertim quum videret nullam recipere posse commodam interpretationem. Quod si nihil est, quod propter hanc rem Finestresium reprehendamus, quis feret severam et importunam illam censuram, *ni leió a Pujades a quien cita*? quod valde ignobilis, et intolerandi scriptoris esset. Ait etiam: *i lo que mas es, alegando a Morales i a Icart no dió la piedra como en ellos con el final de* D. D: si tamen dedit inscriptionem eodem modo, quo exarata erat (*i*) in Puiadesio, quem inter alios citat, et in quo certe non sunt istae litterae, quid dicet Florezius? Quum multi laudantur tamquam auctores, qui litteratum aliquem lapidem vulgaverunt, ex unoquoque seligimus ea, quae nobis correctiora et emendatiora videntur: totam autem inscriptionem fideliter expressam et respondentem apographo uniuscuiusque auctoris edere, fieri certe vix umquam potest, quum fere semper aliqua variatio sit.

In *num*. 8. affertur a Florezio inscriptio dedicata Cn. Cavio Amethysto Balearico Palmensi et GVIVNTANO. Finestresius quum in Balearicis insulis nullam apud antiquos Geographos reperiat Guiuntam, et sciat in insula Balearica minori Iamnonem civitatem fuisse, ex qua IAMNOTANI dicebantur, legendum putat IAMNOTANO pro GVIVNTANO, aut GVIMONTANO. Florezius contra mavult credere, Guiuntanum dici ab aliqua Guiunta, quae

(*i*) Vide Puiadesium *lib*. 4. *cap*. 39. *fol*. 183. ubi liquido id, quod dicimus, pervidebis.

quae propter ignobilitatem suam praetermissa a Geographis est. Mihi quidem videtur, non tam ignobilem statuendum a nobis esse hunc locum, in quo scimus Cn. Cavium Amethystum omnibus honoribus functum fuisse. Deinde, quum Florezius dicat: „ Hoi persevera la piedra en el Palacio Arzobispal, „ i parece dice CVMVTANO : pero me previene el „ Doctor Foguét no estar claro : " minime violenta videtur emendatio Primarii Emeriti, de qua noster Historicus : „ Finestres corrige el que escribió *Guiun-* „ *tano* en *Iamnotano pag.* 220. Mucho errar era po- „ ner aquello por esto. " Haec me minime movent: quum a nobis adnotatum maneat ad *cap. XIIII. num.* 5. probatam ab Historico emendationem, qua legatur AELIA PARTHENIS pro ALLIA PARALI HENIS, et *Carietes* pro *Caristos*, aliasque emendationes ab eodem auctore confirmatas produxerimus, de quibus pene omnibus dici posset : *mucho errar era poner aquello por esto.* Sed gravioris culpae reus fiet Cervariensis Academicus in *num.* 9. quod hanc inscriptionem collocaverit inter militares, de quo crimine satis dictum est in exordio huius operis.

In *num.* 13. affert hanc inscriptionem Historicus

APOLLINI
L. MINITIVS
APRONIANVS
GAL. TARRAC
T. P. I

num. 14. „ la diccion TARRAC denota ser *Tar-*

„ *raco-*

„ *raconense*, i por lo mismo haria la dedicacion al
„ Genio de la Ciudad : pues esto es mas regular en
„ un hijo de alli, que en un estraño. Pero de aqui
„ resulta, que la voz precedente GAL no denota la
„ tribu Galeria, porque no era estilo Romano po-
„ ner la tribu despues del apellido, sino antes : i asi
„ corresponde entender aqui alguno de los varios
„ apellidos, que empezaban por GAL, i reconocer
„ luego la patria Tarragona en TARRAC. Este
„ Aproniano fue Duumvir Quinquenal, como ex-
„ presa la citada inscripcion del Genio Tarraconen-
„ se (*vid. num.* 13. huius *cap.* et *num.* 9. *cap. XII.*)
„ al qual por su testamento mandó poner una estatua
„ de quince libras de plata : i esto mismo sirve de
„ comentario para exponer la T. del ultimo renglon
„ en la piedra, de que hablamos, no como signifi-
„ cativa de *Titulum*, sino de *Testamento Poni Ius-*
„ *sit.*" Videamus nunc, quid Finestresius dicat su-
per hanc inscriptionem *Clas. I. num.* 1. „Si *GAL* acci-
„ pias pro *Galeria* scilicet tribu, certe, quod sequi-
„ tur TARRAC intellige *Tarracum*, ut ita legatur
„ *Minitius Apronianus Galeria Tarracus*, non Tar-
„ raconensis a patria : nam esset contra perpetuum
„ usum Romanorum, tribum collocare ante pa-
„ triam, et non ante cognomen ..... nihil tamen
„ prohibet ne τὸ GAL interpreteris *Gallum*, Minitii
„ Aproniani cognomen, et TARRAC Tarraconen-
„ sem patria, quippe qui Tarracone fuit .....
„ Duumvir Quinquennalis, ut liquet ex inscriptione
„ post hanc quinto loco subiecta ..... Litterae singu-
„ lares T. P. I significant *Testamento Poni Ius-*

„ *sit.*

„ *sit.* " *Lo mismo escribió el Rmo P. M. Florez sin atribuirlo a Finestres.* Quae primo loco posita sunt, quamvis non sint ad verbum eadem, tam sunt inter se similia, quam lac lacti, aut ovum ovo. De inscriptione, quam affert Historicus *num.* 16. in quo nescio, quem Erotem vult Afranii patronum esse, dictum est supra ad *cap. XVII. num.* 50.

FINESTRESIVS VINDICATVS a cap. XXIIII. volum. XXIIII. Hisp. Sacr.

VEntum iam est ad Triarios, et qui hucusque commovit cornua disputationis suae adversus Finestresium, stipatus nunc armatis omnibus, quorum nobilitata nomina fuerunt monumentis Tarraconensibus, prosilibit iterum in aciem, et praelium committet atrox, in quo tamen, ut credo, non maiores edet ruinas, quamquam triumphanti similis exsultet saepissime Florezius.

In *num.* 4. contemnit Finestresii coniecturam, de qua satis abunde dictum est ad *cap. XIIII. num.* 5. Qui in carpendis Finestresii erroribus tam cernit acutum, quam aut aquila, aut serpens Epidaurius, non animadvertit, poetam nec bonum nec inutilem non satis ad metrorum canones exactos posuisse versus, qui leguntur in fine inscriptionis adductae *num.* 6. de quo vide, si tanti est, Additionem inscriptionum Romanarum *pag.* 29. de qua superius mentionem fecimus.

In

In *num*. 9. queritur male descriptum a Finestresio monumentum, qui error manavit ex eadem caussa, qua alii eiusdem Finestresii minutissimi, quod scilicet non potuerit semper iste digitum in fontem intendere. Sed erit huic venia danda propter ingeniosissimam coniecturam, quam non potuit in hoc loco non laudare Florezius, quem timemus, ut supra diximus, et dona ferentem.

Qui virtutem nunc in hoste laudavit, dissimulare non potest *num*. 10. inter Magistratus posuisse Finestresium L. Aufidium Felicem Beneficiarium Consulis, quem melius collocari potuisse inter militares ordines putat Historicus. Sed Finestresius tamquam alter Annibal concedet huic Pyrrho peritiam in disponendis militum ordinibus, et capiendis locis.

Durum etiam Finestresio videtur ex Pannoniae finibus Tarraconem deducere militem, cui dedicatum ibidem fuit monumentum, quod vide *num*. 12. huius capitis apud eumdem Florezium, quem Pannoniae longinquitas nihil remoratur. Sed res est nihili: deinde ait Florezius: „ Aqui (in apographo videlicet nuperrime transmisso a Don Raymundo Foguetio) vemos falta el Sevirato (VI VIRO) impre- „ so en la segunda cita de Grutero: i que hai la nota „ de Centurion 7. no conocida en otros (por cuia „ falta le intitulaba Finestres soldado, no Oficial) „ Sirvió en muchas Legiones: en la I. *Adjutrix*, en „ la II. TR*ajana*, en la VIII. *Augusta*, en la XIIII. „ *Gemina*: en la VII. *Claudia*, i en la VII. *Gemel-* „ *la*. Fue de los *Singulares* del Emperador (de que

Z „ ha-

„ hablamos en la inscripcion del Dios *Marte*) i
„ Principal de los Hastatos. Empezó a servir de
„ veinte años, i militó quarenta, heredandole la
„ muger a los sesenta años ..... Al margen de Gru-
„ tero *pag. DXXVIIII.* hai en el que alli es septi-
„ mo renglon, GEM. III. HAST. citando a Ver-
„ derio para el III. i previniendo, que en Pighio
„ está borrado, en tal conformidad, que parecen
„ tres cruces (por una linea, que las atraviesa en el
„ medio) i que aluden tambien a M., cuia variedad
„ no merece gastar tiempo, tocandolo unicamen-
„ te porque no le pierdas, si leieres a Finestres
„ *pag.* 189. donde atribuie a *Muratori* la especie
„ mencionada ...... No hai tal cosa en Mu-
„ ratori, ni io la mencionára, si parára en esto:
„ pero no es la unica vez, en que citó a Muratori
„ por Grutero. " Nec semel etiam, sed iterum atque iterum ad nauseam usque id in Finestresium inculcat Historicus. Sed quod tandem periculum in hoc loco erat, ne falleretur Lector, quum Finestresius numquam auctorem, ex quo depromptum erat hoc monumentum, citavisset Muratorium, sed solum Gruterum? Cur tanto apparatu monendi eramus, ubi res in nullum erat adducta discrimen? Numquamne huiusmodi lapsus animadvertit in huiusmodi scriptoribus? notatos certe et reprehensos huiusmodi errores non vidit. Sed iam vide, quam illa omnia, quae ex Florezio transcripsimus, consentiant cum Finestresio, qui inter alia haec adnotavit de illo M. Aurelio Lucilio, de quo antea agebamus, *Clas. V. num.* 2. „ Dicitur ex *Singularibus*

„ *Imp.*

„ *Imp.* h. e. eques unus ex Singularibus Imperatoris, „ de quibus iam dictum alio loco. Fuit miles (mi- „ litem dico, quia nullo officii genere hic insigni- „ tur.) *Leg. I.* Adiutricis, *Leg. II.* Traianae, *Leg. VIII.* „ Augustae ..... deinde XIII. Geminae ..... etiam „ Legionis VII. Claudiae, et *Leg. VII.* Geminae. Se- „ quitur III. HAST. PR. scilicet, ut existimo, *Ter-* „ *tius Hastatus*, hoc est in ordine tertio Hastato- „ rum *Princeps* vel *Primipilus.* "

Num. 16. Florezius allata inscriptione, quae est a Grutero, et a Muratorio in lucem edita, ait: „ Finestres la imprimió sin indicio de quiebras, i „ sin atemperarse a ninguno de los referidos, (Gruterum intellige, et Muratorium) confesando, que „ aunque tenia tres copias, cada una era mas defec- „ tuosa, que otra. En una dice, que despues de „ *Trib. Mil.* habia AELIO. IMP. ANTONINI. F. i „ aunque lo califica de impertinente, no debe des- „ preciarse, pues Grutero promete, que faltaba un „ renglon despues de *Trib. Mil.* i acaso estaba alli el „ que habia sido Tribuno de soldados *sub Aelio Im-* „ *peratoris Antonini filio.* " Quod lacunarum indicia in duabus lineis praetermiserit Cervariensis Academicus, id verum est: sed tribuendum sine ullo dubio typographi incuriae, quoniam Finestresius in commentariis ad hanc inscriptionem 28. *Clas. V.* incipit: *in hac manca inscriptione, quid sit Praef. honor, divinandum aliis relinquo*: mancam minime dixisset Finestresius, nullam cognoscens in inscriptione lacunam. Quod autem ait Historicus, Finestresium in describendo hoc monumento nec Mura-

 to-

torium, nec Gruterum fuisse sequutum, id egregie falsum est. Nam si recte conferas Finestresium in laudato loco cum inscriptione, quam ex Muratorio exhibet Florezius, nec una litterula variata videbis hoc monumentum; et in dividendis lineis unum eumdemque cum Muratorio esse Finestresium. Solum desunt lacunarum indicia, de quibus iam dictum est: sed praeter id, in alio vult Florezius, discrepavisse a Muratorio Finestresium illis verbis: *la imprimió sin indicio de quiebras, i sin atemperarse a ninguno de los referidos.* Minus me movet, quod coniicit Historicus, non abhorrere ab hac inscriptione verba illa, quae Finestresius irrepsisse putat.

In *num.* 17. haec est inscriptio

D. M
T. COR..F........
DELEGATVS. VII. G
P. F. STIP. XXIIII
VIX. ANN. LVII....
FECIT ....
ALLIA. PARALI....
HENIS ....
HOSPITI. B ....

„ En el segundo renglon, ait Florezius, substituió
„ Scaligero, DE. LEG. VII. Gudio añadió despues
„ de *Delegatus* la L. de *Legionis* ...... Erigióla una
„ buena muger, que le hospedaba, la qual se es-
„ cribe aqui ALLIA, pero en otra piedra AELIA.
„ Am-

„ Ambos son nombres antiguos, y por tanto no hai
„ motivo para desechar, ni anteponer a uno mas
„ que a otro. Lo cierto parece, que asi en esta co-
„ mo en otra piedra, que pondremos en el *num.* 38.
„ debe leerse de un solo modo, v. g. AELIA, por-
„ que la persona es una misma. Por la inscripcion
„ citada puede corregirse el apellido de esta, que
„ alli es AELIA PARTHENIS. “ Haec omnia Fi-
nestresii sunt ad hanc inscriptionem *num.* 11. *Clas. V*.
„ In mutilo, inquit iste, et male conservato hoc
„ marmore, et forte peius descripto mirum non
„ est, quaedam deesse, quaedam corrupta inve-
„ niri, quale est illud *Delegatus. VII. G. P. F.*
„ quin praecedat verbum *Legionis*: unde quidam le-
„ git *De. Leg. VII.*, alius *Delegatus.* L. VII. G. Hoc
„ saltem ex ea discere possumus, quod notavit Phil.
„ Thomasinus, monumentum esse *hospiti bene me-*
„ *renti* positum. Quod si quis mulieris ..... nomen
„ scire avet, et scripturam huius lapidis in quibus-
„ dam emendare, id facere poterit ex epitaphio,
„ quod legitur *Clas. IIII. num.* 34. ab eadem alteri
„ militi posito, in quo deprehenditur fuisse *Aelia*
Parthenis. “ Etiam fere omnia Finestresii sunt,
quae Florezius affert in explanatione inscriptionis
positae *num.* 19. de qua nihil dicam, quod in eodem
loco videam Florezium, qui tam parcus est in alio-
rum laudibus, bis laudare Finestresium: primum
quod *bene* (*opportune*, *et in rem* intelligo) citave-
rit *Leg.* 17. *Cod. de Re milit.*, et deinde quod dili-
genter adnotaverit, parum esse Latinum, ponere *Fa-*
ctore Cos. pro *Faciente Cos.* His similia in sexcen-
tis

tis locis animadvertere debuisset Historicus, quem non tam miror hic fecisse, quam in aliis praetermisisse.

Citat etiam Finestresium Historicus in explicatione monumenti a se collocati *num.* 24. in quo erit sane operae pretium animadvertere, ad verbum descripsisse Finestresium, et hunc tantum proferri auctorem minutissimarum rerum. Haec est inscriptio, qua de agitur

D. M
IVLIO. SECVNDO
QVI. VIXIT. ANN
XXXVIII. M. III. D. X
C. IVLIVS. RVSCHVS
LEG. XII. FVLMINAT
LIBERTO. BENE
MERENTI. FECIT

Super hoc monumentum Historicus: „ Dice que la „ tomó (Gruterus) de las Esquelas de Schotto: pe- „ ro Finestres la ofrece de otro modo, copiandola „ *Ex Andrea Schotto in Notis ad Frontinum, qui* „ *Tarracone degens videre potuit*: i previene, que en „ la piedra está escrito FVLMENN. lo que es ierro (lapicidae intellige, non Finestresii) pues la Legion „ XII era *Fulminatrix*, famosa por la victoria de los „ Quados ..... Lo mas estraño es la O que estam- „ pó Grutero en la primera linea entre la D i la M, „ la qual no se halla en Schotto, ni corresponde a „ la forma Gentilica de *Diis Manibus*: i no será mui

falso

,, falso testimonio creerla añadida por resulta de la
,, ficcion publicada en nombre de Iulian Perez, que
,, leiendo aqui a Caio Iulio Loscho (Finestres pone
,, *Roschus* : Grutero *Ruschus* : Pujades *fol.* 191.
,, *Lochus* : la edicion de Iulian Perez en el Chro-
,, nicon *num.* 65. *Ioscus* : Morales *Ioschus*) i cre-
,, iendo que todos los soldados de la Legion XII Ful-
,, minatrix fueron Santos, hizo Martir a este Iulio,
,, dandole por patria a *Cordoba* con la misma autori-
,, dad, i licencia, que Feliu le hizo de Tarragona
,, (cada uno por su capricho) Ambrosio de Mora-
,, les, que publicó esta piedra antes de fraguarse las
,, ficciones de Iulian Perez, la estampó en su *lib.* 9.
,, *cap.* 39. con D M sin O en medio: i asi es letra
,, añadida para fingir formula Christiana *Deo Opti-*
,, *mo Maximo*, desde que quisieron levantar de es-
,, ta piedra un hijo de Abrahan martirizado."

Haec qui legat, tantum existimabit, ex hoc loco tribuendum esse Finestresio, quod descriptam aliter ac fuerat a Grutero exhibeat inscriptionem ex Andrea Schotto in Notis ad Frontinum, et quod legat *Roschus*, ubi Gruterus *Ruschus*, et alii aliter: et tamen nemo non intelliget, illa omnia iam antea fuisse Latinis et numquam intermorituris Finestresii litteris sempiternae hominum memoriae commendata. Ita enim habet *num.* 15. *Clas. V.* ,, De-
,, scripsi epitaphium ex Andrea Schotto in Notis ad
,, Frontinum, quippe qui Tarracone degens videre
,, potuit, et exactius, quam alii, exemplar sumere:
,, notat ipse, vitiose in lapide scriptum esse *Ful-*
,, *menn*, sed nescit *Fulmineae* an *Fulminiferae* le-

,, gen-

„ gendum sit: nos *Fulminatricem* appellabimus. In-
„ scriptio isthaec nullam operam mereretur, nisi ex
„ eadem fabulatores voluissent exsculpere Christi
„ Martyrem *Iulium Roschum*, vel ut quidam le-
„ gunt *Ruschum*, ut alii *Loschum*, alii *Ioschum*:
„ nam Pseudo-Iulianus quum videret, in nostro la-
„ pide fieri mentionem Legionis Fulminatricis, con-
„ tinuo Christianis eum adscripsit, patriamque de-
„ dit Cordubam, et Martyrii palmam. *Iulius*, in-
„ quit, *Ioschus*, uti refertur a Nicolao Antonio...
„ *patria Cordubensis in Hispania pro Christi fide glo-
„ riose, et animose patitur*: unde non minus acute,
„ quam festive dixit N. Antonius, *horum Chronico-
„ rum artificem ex lapidibus istis suscitare filios
„ Christi*. Ea Ioschi apotheosis commentitia movit
„ fortasse aliquem, ut inter D M, hoc est *Diis Ma-
„ nibus*, insereret O, ut crederetur, significare *Deo
„ Optimo Maximo*, formulam ex Christiano ritu se-
„ pulcris apponi solitam. O tamen, quod exstat
„ apud Gruterum, omisit Schottus, et pariter no-
„ ster Feliu: verum ut quisque studet, quae glorio-
„ sa putat, sibi aut suis vindicare, idem Feliu non
„ Cordubensem facit Iulium Ioschum, sed Tarra-
„ conensem. Pervulgata est historia de Legione Ful-
„ minatrice, cuius ad Deum precibus factum fuit,
„ ut M. Aurelius Antoninus illustrem de Quadis vi-
„ ctoriam reportaret. " *Lo mismo escribió el R.mo P.
M. Florez sin atribuirlo a Finestres*, in quem tamen
acerbissime invehitur *num.* 28. ubi haec sunt ver-
ba: „ Finestres imprimió Legion XII no se porque
„ motivo: pues ni la edicion antigua de Grutero,

„ ni

„ ni la moderna de Grevio ofrecen tal Legion, sino
„ la XXII: y aqui buelbe a manifestar la equivo-
„ cacion de nombrar a Muratori en lugar de Grute-
„ ro: pues habiendo citado a este unicamente en el
„ titulo, dice despues en la materia, *ut est apud*
„ EVMDEM *Muratorium*, i no ha precedido men-
„ cion ninguna de Muratori. Estaba ia mui viejo,
„ quando publicó la obra de las inscripciones de Ca-
„ taluña: i debilitada la memoria, i la vista equi-
„ vocó a Grutero con Muratori, i la Legion XXII
„ con la XII. "

Ego profecto nescio, an multum iuventute valeat Scriptor Hispaniae Sacrae, quem si non possum appellare senem, at tamen audebo dicere, et mecum ut credo, omnes consentient, morosum, anxium, difficilem, fastidiosum, et querulum. Illud etiam pleno ore pronuntio, vigentem adhuc animi, et valentem viribus esse Finestresium, qui si nunc sumeret caestus, Daretis certe cum Entello renovatam his nostris diebus pugnam videremus; et quod olim iuveniliter exsultanti Augustino respondebat Hieronymus (*k*) *memento Daretis, et Entelli*, nunc Augustiniano homini respondere posset Finestresius. Intelligat oportet Florezius, per totos octo an-

 nos,

(*k*) Hier. epist. ad S. Augustinum 69. *alias* 91. *Nos nostra habuimus tempora, et cucurrimus, quantum potuimus. Nunc te currente, et longa spatia transmeante nobis debetur otium : simulque* (*ut cum honore tuo, et bona venia dixerim*) *ne solus mihi aliquid de poetis proposuisse videaris, memento Daretis, et Entelli, et vulgaris proverbii, quod bos lassus fortius figat pedem*. Sed Finestresius destitutus exemplaribus Gruteri, et Muratorii non potuit ipse in arenam descendere, et cum Florezio decertare : quod gratum admodum fuisset Reipublicae Litterariae spectaculum.

nos, qui ab edita Sylloge ad hanc diem intercedunt, nullam rem gravioris momenti actam esse in Senatibus Academiae Cervariensis, in qua non Finestresius intervenerit: intervenerit autem dico? in qua non ille multum sudaverit, et laboraverit, cui perficiendae, et ad exitum perducendae non praefuerit. Sciat oportet hoc tempore a doctissimis cum Hispaniae, tum exterarum nationum viris non semel consultum; neque his, aut amicis suis umquam defuisse. Non ignoret, hunc Cervariensem Academicum ex hoc etiam tempore nulli se umquam pepercisse labori; et quamquam iam rude donatum saepissime interfuisse periculosis exercitationibus, quae in florentissima illa Academia ab hora tertia pomeridiana ad mediam noctem producuntur in periclitanda scientia eorum, qui ad Doctoratus apicem contendunt, quin ipsum retardaverit aut intempesta nox, aut longaeva aetas, aut inclementia caeli, aut ulla vis hiemis, quae Cervariae Lacetanorum frigidissima est. Languentem (*l*) tamen et senescentem huius hominis industriam deprehendit Florezius: in quo videlicet? quia Legionem posuit XII pro XXII, et memoria lapsus est, scribens *ut est apud eumdem Muratorium*, quum vellet dicere *apud eumdem Gruterum.*

(*l*) Satius esset, ut Florezius mortalitatis suae meminisset, huiusque metu properavisset ad absolvendam Hispaniam Sacram, neque traductus esset alio, quatuor conscribens volumina, quorum duo de vitis Reginarum Hispaniae, alia de nummis agunt: in quo gravis est querela et lamentatio eruditorum, quum videant hominem, qui illam Spartam exornandam susceperat, tam facile deseruisse cursum Historiae suae, quem, si quid humanitus contigerit auctori, non ita facile sequuntur posteri.

rum. Quam magnum peccatum, Deus Immortalis! cuius nulla expiatio esset, nisi nobis suppeditaret Florezius exemplum, quo nos tueri posse speramus Finestresium, et placare iratum Iovem.

In *num.* 11. *cap. XI.* ait de inscriptione, quae ibi posita est, Florezius: „ En el segundo renglon „ omitieron la primera letra, que sin duda era P: " et tamen ipse descripsit primum verbum secundi versus cum prima littera P, quae ibi esse non debebat: in quo lapsus est memoria, iudicans se posuisse ROC, quum posuisset PROC. Provocabit hic ad typographorum incuriam. Sed cur idem non contingere potuit Finestresio? ut quum typographus semper haberet ante oculos nunc Gruterum, nunc Muratorium, (qui tertio quoque verbo nominandi sunt in huiusmodi operibus) Muratorium in mente haberet, et exprimeret, quum exprimere debuisset Gruterum. Sed quid tandem disputo? lapsus fuerit memoria Finestresius. Non erit hoc certe gravius peccatum, quam non animadvertisse Florezium mendum illud typographicum, de quo proxime dicebamus. Ego sciens Gregorium Magnum pro *Theodoreto Sozomenum* (*m*) scripsisse, quin ab ullo mortalium languentis propter hoc et senescentis industriae arguatur, non equidem admiror Muratorium pro Grutero positum. Multorum, et clarorum virorum exempla proferre possem, quibus valde imminueretur culpa Finestresii, quum ponerem ante

(*m*) *Lib. 6. epist. indictione* 15. *epist.* 31. de quo vide Canum in *lib. XI. de Locis*, *et* eius vindicias.

te oculos omnium, optimos quosque scriptores in hoc genere lapsos cessisse oneri: sed multis parcam sciens; et nunc tantum de Grutero, et Muratorio, qui in hoc litterarum genere sunt facile principes, pauca dicam auctore Florezio. Lapsus est memoria Gruterus, de quo noster Historicus *cap. XVI. num. 2. Los dos renglones ..... se hallan sueltos en Grutero .... sin acordarse de que ia los habia publicado como final de la propuesta.* Lapsus est memoria Muratorius, de quo Florezius haec *cap. XVIIII. num. 29. Muratori ..... le nombra M. Ael. Ataco, sin mencionar á Grutero, ni acordarse de que el mismo Muratori habia impreso esta memoria desfigurada.* Quamquam quid volui misero mihi! quid ego Muratorium ad minuendam Finestresii culpam nominavi? tam est in culpa, quam qui maxime, Muratorius, qui amaras historias porrecto iugulo audit saepissime a Florezio.

Atque hic non possum non memorare aliqua in Muratorium, quin et in ipsum Gruterum contorta, ut videre possitis, quam sit Florezius in omnes severissimus Aristarchus; et praeterea nemo miretur Finestresii minutissimos lapsus, quum illi, quorum vellemus aemulari negligentiam, in eosdem inciderint. *Cap. XIIII. num. 3.* ait Florezius: *i por tanto no hizo bien Muratori en reproducirla (... porque ofreciendo un Nuevo Thesoro de Inscripciones omitidas en otros, debió reconocer bien a Grutero, i no repetir tantas, como repite, sin noticia de estar ia publicadas. Num. 4.* ait: *Muratori pudo haber escusado repetir esta inscripcion ..... estando ia mejor*

pues-

puesta en Grutero : i tambien pudo escusar la interpretacion del quarto renglon Eximio Lucensi. Cap. XVII. num. 20. haec reperies : *punto que debia haber observado Muratori, para no repetir inutilmente lo que estaba ia mejor publicado en Grutero.* Adde *cap. XXIIII. num.* 30. In *num.* 38. haec leguntur : *esta es una de las memorias, que convencen la incuria de Muratori, en ofrecer Nuevo Thesoro de Inscripciones* (*n*) *ineditas, sin ver primero las ia publicadas en Grutero. Cap. XXV. num.* 25. *Muratori transformó en tres esta inscripcion, mudando los nombres ..... esto nace de fiarse en malas copias, i no cotejar unas con otras.* De Grutero haec ait Historicus *cap. XXV. num.* 57. *Poco cuidado puso Grutero en la inscripcion, que dió pag. DCLXXXXI. 4. defectuosa i errada, quando en la plana siguiente num. 5. la da en esta forma.* Multa igitur, quae reprehenduntur in Finestresio, habuit iste communia cum clarissimis viris, quorum aemulari exoptem negligentiam, potius quam .....

Eodem, quo saepe alias, revolvitur Historicus, quum in *num.* 31. pressius urget adversus Cervarien-sem

(*n*) Si non esset iudex et censor inexorabilis Florezius, potuisset parcere subiecto, et veniam petenti Muratorio, qui huic importunitati satisfecisse iam videtur in Praefatione his verbis : *Curae vero mihi fuit, nullam in Syntagma hoc meum referre inscriptionem, quae antea prodierit in libris Gruteri, Reinesii, Sponii atque Fabretti, nisi quando correctiorem aut pleniorem dare visus sum ..... Quod si quid forte Lector in hoc opere offendat, quod in praecipuis praecedentium Collectionum libris occurrat, non id vitio mihi tribuendum a benevolis Lectoribus spero. Excusandum potius erit exemplo aliorum, qui post Gruterum eiusmodi suscepere provinciam, et quae ille aut Reinesius iam dederat, nolentes rursus dedere, cet.*

sem Academicum, quod Muratorio tribuerit unam litterulam, in qua me puderet immorari. Sed deinde *num.* 32. ait: „ el X de Muratori debe ser V del „ VIXI. ANN. C. (*annos centum*) Finestres que „ imprimió V. ANN. C. creió ser ciento i cinco „ años, contra el orden regular, pues nunca se escri- „ be *quinque annos centum*, i asi la V no es nume- „ ral, sino nota de *Vixi.* " Agitur ibi de inficeta prorsus et incompta inscriptione, in qua de milite, qui viatorem alloquitur, dicitur in sexto versu, NATVS. V. ANN. C. Finestresius *Clas. V. num.* 19. interpretatur, quasi vellet dicere, *natus centum quinque annos.* Non placet haec interpretatio Florezio: sed qua tandem caussa? quia videlicet est *contra el orden regular, pues nunca se ecribe quinque annos centum.* Etiam numquam scribitur: *qui me praeteristi*, pro *qui ante meum sepulcrum pertransisti*, uti in hoc monumento (nisi forte volumus cum Florezio inserere adverbium *non* in hac inscriptione, et etiam in alia, quam affert Historicus *num.* 34. eiusdem furfuris, quod nimis violentum videtur.) Quum totum hoc monumentum videat inculta et horrida oratione exaratum, quam tandem vult quaerere Florezius rerum et verborum proprietatem? Natus hac significatione usurpatur apud Latinos, ut aetatem indicet, quo sensu M. Tullius in *Dial. de Senect.* dixit: *quum ego quinque et sexaginta annos natus Legem Voconiam voce magna et bonis lateribus suasissem.* At non habet, inquies, commodiorem sensum, interpretari illud V *Vixit*? minime gentium: sic enim abundaret illud NATVS: non potuit

enim

enim vivere, quin natus esset. Quare in huiusmodi monumentis aut solum poni solet *Natus*, aut solum *Vixit*.

In *num.* 33. prudentissime coniicit Historicus, in fine inscriptionis, ubi haec sunt HIC. MESOLEVS. NEMINI. II. DEBET. legendum esse NEMINI. IT; et significari nemini ITER debere. Sed hanc coniecturam tribuere debuisset Gutherio, quod minime dissimulavit Finestresius in commentario suo *Clas. V. num.* 19.

Aliud proxime memorato valde simile ponitur monumentum in *num.* 34. hoc modo

BENE. SIT. TIBI. VIATOR. QVI. ME. PRAETERISTI
VOLVISSEM. TAMEN. NISI. LEGENDO. PRAETERISSES
SI. MILES. MALE. SIT. TIBI. EGO. T. PLANC. GLAVTIA
ATILIA. NATVS. MILES. ERAM. ET. ORDO. MILIT. ORE
PIO. MANES. DEBET. MILITAR. SALVERE. BENE. VIXI
ET. MIHI. ET. MEIS. ET. PATRIAE. NEQ. VLLAE. DE. ME. F
MANS. QVERELAE. GLAVTIA. MATER. ME. HEIC. POS
NATVM. LXXXVIII. AN. CVM. IPSA. CXVII
IAM. ANN. AGERET. FELIX. SI. EGO. EAM. ANTE
HVMASSEM

Ad haec Florezius: „ El concepto es mas razonable, „ que el Latin: (idcirco non cum Florezio addendum puto NON; sed cum Finestresio explicandum, *qui me praeteristi*, pro *qui ante sepulcrum meum pertransisti*) pues traducido quiere decir lo siguiente: „ *Bien te suceda pasagero, que no te pasaste de largo*:

„ *pues*

„ *pues si pasases sin leer, quisiera que te sucediera*
„ *mal, en caso de que seas soldado: porque io Tito*
„ *Planco hijo de Glaucia Atilia lo fui: i los del Orden*
„ *Militar deben saludar con labios piadosos a los Ma-*
„ *nes de los Militares. Viví bien, asi para mi, co-*
„ *mo para los mios, i para la Patria. Ningunas que-*
„ *jas han quedado de mi,* (asi entiendo io *Neque. Vl-*
„ *lae. De. Me.* F. MANS *querelae*: pues aunque un
„ moderno lee en F. MANS *fuerunt*, parece mui
„ inconexo, i es mas literal *Factae* MANS*erunt*
„ *Querellae*: porque el MANS guia a *manserunt*, i
„ la F se usa frecuentemente en inscripciones por
„ hacer.) " (Recentior scriptor, qui legit *Fuerunt*,
est Finestresius, qui non gravate, ut opinor, a sua
sententia discedet, ut vero similiorem in hoc loco
Florezii coniecturam amplectatur) „ *Mi madre*
„ *Glaucia* (prosigue) *me puso aqui a los ochenta i*
„ *ocho años, en que ella contaba ia ciento, i diez i*
„ *siete: feliz si io la hubiese dado antes sepultura*:
„ Esta ultima locucion parece equivoca...... El
„ sentido será: *Feliz la madre, si el hijo la hubiese*
„ *dado a ella sepultura.* "

Haec reperies in Finestresio *Clas. V. num.* 25.
„ Castrensi stilo videtur loqui e sepulcro miles,
„ cuius sententiam percurram παραφραστικῶς. *Bene sit tibi,*
„ *Viator, qui me praeteristi*, qua salutatione utitur
„ miles alius supr. *num.* 20. *voluissem tamen, nisi*
„ *legendo praeterisses*: sequitur, quid voluisset, ni-
„ si viator praeteriens legisset epitaphium. *Si miles*
„ (es) *ut male sit tibi.* Cur ita? quia nimirum et
„ ipse miles fuit, cui honor debetur, ut viator si-
„ stat

„ stat et perlegat. *Ego*, inquit, *T. Plancus Glautia*
„ *Atilia natus miles eram*: adeoque *et Ordo milita-*
„ *ris ore pio Manes debet militares salvere*, forte
„ scriptum fuit *salutare*, aut in eodem sensu acci-
„ piendum *salvere*. Exponit mox sua merita: *Bene*
„ *vixi et mihi, et meis, et patriae, neque ullae de me*
„ *fuerunt querelae*: FVERVNT inquam, pro FMANS,
„ quod inepte scriptum fuit, nescio an ex lapide.
„ *Glautia mater*, e qua natum se supra dixerat, *me*
„ *heic posuit octoginta octo annos natum*, *quum*
„ *ipsa decimum septimum supra centesimum age-*
„ *ret* ...... Claudit orationem miles eleganti hoc
„ epiphonemate: *felix si ego eam ante humassem!*
„ Felix scilicet fuisset mater: parentes enim filiis
„ superstites infelicissimos se vocant, ut videre
„ est in variis inscriptionibus, et scriptoribus: eo
„ enim casu accidit ordine praepostero filiorum
„ mors, et contra vota parentum." cet.

In *num.* 36. affertur inscriptio, cuius explicationem possum etiam dicere, ut saepe alias, descriptam a Florezio, licet auctorem citet ex quo id depromsit, Nicolaum Antonium: ostendam enim, fere nihil in hoc loco ab Historico adduci, quod non fuerit a Cervariensi Academico occupatum. Ita habet inscriptio

C N. POMPEIO
FRVCTO. B-F. C$\overline{O}$S
TOLETANO. ANN
XXXXII

TERENTIVS
BASSINVS. HERES
SECVNDVM. VOLVN
TATEM
DOMITIAE
FORTVNATAE. MA
TRIS. EIVS. FECIT

„ Este Pompeio Fructo fue *Beneficiario del Consul*,
„ natural de Toledo, que murió a los 42. años.
„ Heredóle Terencio Basino (que asi i no Pasino
„ le nombraba la piedra ia quebrada en este año
„ de 67. pero copiada antes) i de orden de la
„ madre de Fructo le hizo esta memoria, que se-
„ gun D. Nicolás Antonio *Cens. de las Hist. Fab.*
„ *lib.* 14. *cap.* 3. fue estatua con la presente ins-
„ cripcion. Alegala bien D. Nicolás contra la fic-
„ cion de Iulián Perez, que al padre de S. Fruc-
„ tos (Segoviano) le hizo descendiente de este
„ Cn. Pompeio Fructo Toledano: i lo contra-
„ rio manifiesta, i autoriza la piedra, pues por
„ ella vemos que Pompeio Fructo murió sin succe-
„ sion, i por eso declaró heredero al que no era
„ hijo suio: pues el heredero expresa hacer esto de
„ orden *de la madre de Fructo*. i si él fuera tambien
„ hijo, no digera *matris eius*, sino *nostrae*, o co-
„ sa semejante. "

„ Finestresius ad *num.* 33. *Clas. IIII.* ait:
„ Terentius Passinus Cnaei Pompeii Fructi Be-
„ neficiarii Consulis heres monumentum hoc ipsi
fe-

„ fecit, sequutus voluntatem Domitiae Fortunatae
„ eiusdem Fructi matris. Haec manifestissima sunt:
„ neque aliquid hoc loco adnotassem, nisi scirem
„ Pseudo-Iulianum ex ista inscriptione effinxisse, Pa-
„ trem S. Fructi * Toletani a nostro Pompeio Fructo
„ originem traxisse: quod commentum vel hic idem
„ lapis evertit: nam ex ipso constat, Pompeium
„ Fructum Toletanum sine liberis decessisse, quum
„ heredem fecerit Terentium Passinum extraneum
„ hominem, qui Fructi matrem Fortunatam vocat
„ *matrem eius*, non *suam*: et alioquin non omitteret
„ dicere, se Fructi filium, si talis fuisset..... Vid.
„ Nic. Antonium *Cens. de Hist. Fab. lib.* 14. *cap.* 3.
„ §. 1." .

De *num.* 37. nihil est, quod in praesentia dicam, quoniam iam supra vindicatus est Finestresius ab impugnatione Florezii, ut videbis in *cap. II. n.* 23. Nihil etiam dicam de *n.* 39. ex quo colliges, quantum te debeat auctoritate frangere Finestresius, qui assumpto vitioso apographo ex Thomasino felicitate quadam ingenii, sive bonitate naturae emendavit consentiente Florezio, quae ab illo auctore fuerant in transcribendo depravata.

---

* *Segoviensis* sine ullo dubio legendum, quod iam me monuit paucis abhinc diebus Finestresius.

FINESTRESIVS VINDICATVS a cap. XXV. volum. XXIIII. Hisp. Sacr.

QVI nullum non movit Tarracone lapidem, ut censoria virgula notaret Finestresium, nunc male olentia Ethnicorum sepulcra aperiens, omnes lustrabit angulos, nihilque intentatum relinquet ad deterrendum Finestresium; qui tamen non minori, quam usque adhuc animo, sustinebit ultimum Florezii impetum, et iure suo extorquebit ab hoste alienas, quibus se ornavit exuvias, et spolia, quae sine ullo sudore et sanguine comparavit.

In *num.* 3. haec ponitur inscriptio

D. M
C. AEMILIVS. ACHIL
LAEVS. SIBI. VIVO
SCRIBI. IVSSIT
SIC
NON. FVI
DEINDE. FVI
MODO. NON. SVM

„ Estando vivo este C. Emilio Achileo, inquit Historicus, mandó grabar en la piedra destinada „ para su sepulcro la sentencia memorable de los „ tres estados de los vivientes, en la nada, en el sér, „ i en el no sér. Era formula usada en algunos, co-

„ mo

„ mo se ve en Grutero *pag. DCCCCXXXVIII....* i „ en la *pag. DCCCCXXVIII*. 6. FVI. NON. SVM. „ ESTIS. NON. ERITIS. NEMO. IMMORTALIS. " Audi Finestresium, qui ad eamdem inscriptionem, quae est *num.* 106. *Clas. VI.* ait „ Hanc „ sententiam sepulcro suo scribi iussit C. Aemilius „ dum adhuc inter vivos versaretur, relatam ad „ tempus mortis: *Non fui, deinde fui, modo non* „ *sum.* Ab hac non valde diversam profert ex Gru„ tero *pag. DCCCCXXVIII. num.* 6. Gutherius *de* „ *Iur. Man. lib.* 2. *cap.* 26.: *fui, non sum*; *estis, non* „ *eritis*; *nemo immortalis.* " In explicatione inscriptionis positae *num.* 5. nihil est, quod non tibi cumulatissime det Finestresius *ad num.* 88. *Clas. VI.*

„ *Num.* 10. haec ait Florezius: i asi no hizo bien „ Finestres en la *pag.* 293. donde copiando a Mura„ tori trastornó lo que hai alli, poniendo *Memorie* „ *i Melitinae*, que estan al reves en Muratori " ubi scilicet legitur *Memoriae* et *Melitine*: eheu quam factum male! Ego interim Lectorem mitto ad plaustra huiusmodi erratorum, quae ex opere Floreziano dedimus: ubi cum multa alia, tum etiam addere potes, quod in inscriptione *num.* 56. *cap. XX.* omissa fuerit altera S in verbo SVCCESSVS. Paene mihi exciderat erudita adnotatio, quam his conceptam verbis leges in eod. *num.* 10. „ El apellido de *Meli*„ *tine* es uno de los que en mugeres eran indeclina„ bles, por lo que los ponian sin diptongo, como „ luego verémos en otros egemplares, al modo „ que en el Evangelio leemos Maria *Magdalene i* „ *Salome*: " lepide si quid aliud: ut probet Histori-

cus,

cus, verbum ex Graeco fonte cadens indeclinabile esse, utitur exemplo duorum nominum Hebraeorum, qualia sunt *Salome*, et *Magdalene*. Apud Hebraeos, ut e litteratis viris, Hebraiceque doctis audivi, omnia nomina indeclinabilia sunt, sicut in vernaculo sermone. Quod ad Graecam linguam attinet, non ignoro, secundam esse nominum declinationem, in qua finita in η ita declinantur ἡ τιμὴ, τῆς τιμῆς, ἡ κλοπὴ, τῆς κλοπῆς. Quare si volumus, verbum *Melitine* compositum a verbo Graeco μέλι, quod mel significat, manere apud nos terminatione Graeca in η; declinandum erit *Melitine Melitines*, cet, quemadmodum *Calliope Calliopes*. Sin illud volumus ex Graeco omnino Latinum factum, declinandum erit, *Melitina Melitinae*. Videant itaque Lectores, quam recte illud Florezius urgeat adversus Cervariensem Academicum hoc modo: *el apellido de Melitine es uno de los que ..... eran indeclinables ..... al modo que leemos en el Evangelio Maria Magdalene, i Salome: i asi no hizo bien Finestres, cet.*

In *num.* 11. duae afferuntur inscriptiones, quas ne nimium longi simus, nolo huc adducere, sed tantum monere Lectorem, ut istarum explicationem conferat cum Finestresio ad *num.* 41. *Clas. VI. et ad num.* 2. *Clas. VII.* ex qua collatione videbis, nihil Historicum attulisse, quod non fuerit iam ante a Primario Emerito Latinis litteris mandatum.

Notatum iterum videamus Cervariensem Academicum in *num.* 17. ubi haec producitur inscriptio

M.

M. S
F. ARASCAE. DOMINAE. S
FEC. M. ARASCVS. L. MER
VIX. PLVS. MINVS. ANNOS
C. H. S. E. S. T. T. L. T. R. P. D.

Postea Florezius. „ Omitió Finestres el *Manibus Sa-*
„ *crum*, i añadió puntos a varias dicciones, que no
„ le tienen en la citada edicion, disolviendo los
„ diptongos, que en ella estan con Æ: pero pudiera
„ haber añadido mas puntos en tres dicciones, que
„ dejó sin separacion, i son las principales, en que
„ estan desfigurados los nombres de las persónas:
„ pues quien lea la memoria en Retes, i en Fines-
„ tres, creerá (scilicet si fungus, caudex, aut sti-
pes sit) que la Señora se llamó *Farasca*, i el dedi-
„ cante *Marasco*: pero en el comentario puso Fi-
„ nestres *F. Arasca*, *i M. Arasco*. " Ex hoc ipso vi-
dere debuit Florezius, neminem futurum, qui le-
cto Finestresio putare posset, dominam *Farascam*
dici, et dedicantem *Marascum*. Sed quid tandem in
Finestresio improbat Florezius? quod praenomen a
nomine non distinxerit media interpunctione, quum
puncta addiderit, quae non erant in Retesio. Quae
tandem Finestresii culpa est, nullum divisionis
signum posuisse inter praenomen et nomen? quum
nullum, consentiente Historico, ponatur a Retesio,
qui unus est auctor huius vulgati lapidis; nec sit
unicum monumentum, in quo neglecta videamus,
et repudiata ab antiquis indicia divisionis.

Pro-

Prosequitur postea Florezius *num.* 18. „ El dedi-
„ cante es M. Arasco, que era liberto de F. Arasca,
„ no padre: Finestres despues de mostrar, que Aras-
„ co no era padre de esta Señora, i examinando
„ que persona representa, dice, que ciertamente
„ no era *siervo*, sino libre, i añadiendo que no era
„ *marido*, concluie reconocerle liberto, segun lo
„ qual fue siervo, i pudo omitir el *servus certe non*
„ *erat, sed liberi* (*liberti* vitiose legitur in Florezio)
„ *nomen habet*: pues no tiene nombre de libre, sino
„ el que como siervo tomó de su Señora, i ia se
„ expresa liberto, como decifra la L despues del
„ nombre, i de la voz *dominae suae.* " Nunc lege
Finestresium super inscriptionem 78. *Clas. VI.* ubi
haec: „ Quam vero personam hic sustineat M. Ara-
„ scus, dubitari poterat. Servus certe non erat;
„ etsi enim F. Arascam vocet *dominam*, tamen non
„ servi, sed liberi nomen habet, atque ut videtur,
„ ab ipsa Arasca acceptum. An eius maritus? nam
„ mariti uxores suas aliquando vocabant *dominas L.*
„ 19. §. 1. *de Ann. Leg. L.* 41. *de Leg.* 3. *Leg. ult.* §. 1. *de*
„ *Aur. arg. leg.* Verum hoc raro eveniebat......
„ Quare libentius agnosco libertum, qui quam do-
„ minam habuerat, et ex qua nomen mutuatus fue-
„ rat, etiam post libertatem acceptam, veneratio-
„ nis caussa dominam appellare pergat. Immo, nisi
„ fallor, L. M. hoc comprobant, si mecum inter-
„ pretaris *Libertus Meritae.* " Hic certe aut Flore-
zius non intellexit verum et proprium sensum Fi-
nestresii unicuique obvium; aut si hunc assequutus
est, in reprehendendo Finestresio fuit omnino im-

por-

portunus. Hanc habet sententiam oratio Finestresii: M. Arascus tempore, quo dedicavit hoc monumentum (quoniam in eo nomen habet proprium liberi hominis, et non servi) *servus certe non erat*: erat tamen libertus, quia id indicatur littera L, quae in inscriptione est, et liberi nomen habebat, quia hoc cum libertate acceperat mutuato, ut moris erat, nomine a patrona sua F. Arasca. Si Finestresius dixisset, *servus certe non fuit*, tunc nos premeret oratio Florezii. Nunc autem non intelligo, quid iste sibi velit illis verbis: *pudo omitir el servus certe non erat, sed liberi nomen habet*: *pues no tiene nombre de libre, sino el que como siervo tomó de su Señora*: sed hoc est tamen nomen liberi omnino hominis, proter quod non debuit omittere, sed recte posuit Finestresius: *servus certe non erat, sed liberi nomen habet*, ne quis ex eo, quod Arascus vocaret dominam Arascam, putaret illum esse servum.

Pergit Florezius, et *num*. 19. ait „ La interpre-
„ tacion de Retes (qui scilicet quatuor ultimas huius inscriptionis litteras interpretatur, *Titulum Rufus Pater Dedicavit*) queda bien rebatida por Finestres.
„ Este dió otra en la Nota impresa al pie de la edi-
„ cion de Retes, diciendo: *Tibi Reddant Praemia*
„ *Divi*, la qual aunque da sentido a las cifras T. R.
„ P. D. no fue adoptada por el mismo Autor en la
„ obra posterior de *Sylloge Inscriptionum*, ni aun
„ citada: i solo pone la siguiente, *Tarraconensis*
„ *Rei Publicae Decreto*, lo que es mas conforme con
„ el estilo de inscripciones, i con la circunstancia
„ de ser piedra de Tarragona " cet. Interpretatio-

nem illam *Tibi Reddant Praemia Divi* non ex animo, sed per iocum posuit Finestresius. Qua in re quoniam nullius culpa, aut vitio, sed casu quodam factum est, ut haec interpretatio publicae luci committeretur; producendum a me nunc est testimonium, ut ostendam, Finestresio serio cogitanti numquam talem rem occurrisse. Is itaque an. 1757. in *Comment. ad Hermog. L.* 21. *de Iur. Patronatus pag.* 735. haec edidit: „ Non possum hic praeterire „ inscriptionem, quam exhibet Retesius in *Epitaph.* „ *Illustr.* non tam, ut eam exponam, quam ut „ a me repellam ludicram, et ridiculam eius inter„ pretationem, quae iudicio meo non sine caussa „ imputari posset...... Postremas quatuor litteras „ singulares sic interpretabatur Retesius, *Titulum* „ *Rufus Pater Dedicavit*. Quod quum legissem sta„ tim in margine Relectionis scripsi: *At quis credat*, „ *patrem dedicasse sepulcrum filiae iam centenariae*? „ Hactenus recte, eoque magis, quoniam epita„ phium posuit non pater filiae, sed M. Arascus „ libertus F. Arascae patronae, ac praeterea insolen„ tissimum videtur per singularem litteram R intel„ ligi nomen integrum Rufus: verum quod conti„ nenter subieci, siglas illas forte significare: *Tibi* „ *Reddant Praemia Divi*, ut cum praecedentibus „ *Sit Tibi Terra levis*, facerent hexametron; id „ vero non ex animi mei sententia, sed quasi ludi„ bundus, ac per iocum adscripsi, ut congruerent „ levitati Retesianae interpretationis. Et tamen lu„ dicra haec mea explicatio quatuor siglarum T. R. „ P. D. in publicum emissa est casu a me inexpecta-

„ to. Nam quum ipse ille libellus Relectionis Re-
„ tesianae olim ad me missus a carissimo mihi ca-
„ pite Don Gregorio Maiansio, ob raritatem exem-
„ plarium transmittendus esset Hollandiam ad Cl.
„ virum, mihique amicissimum Ger. Meermanum,
„ ut eam Relectionem *Novo Thesauro Iur. Civ. et*
„ *Can.*; quem adornabat, insereret inter reliqua
„ Retesii opera; egoque adnotatiunculam illam
„ meam non satis accurate, ut puto, delevissem;
„ accidit ut Meermanus agnita mea manu, et mi-
„ hi eamdem inscripserit, et typographo excuden-
„ dam dederit. Hinc factum est, ut contra votum
„ meum nunc legatur *tom.* 6. *Thesauri Meermania-*
„ *ni pag.* 18. Sed ut iam amotis tractemus seria lu-
„ dis, sic existimo legendam totam inscriptionem "
cet.

Vindicatum a *num.* 27. Finestresium videbis supra, quum de Prologo ageremus *pag.* 15.

In *num.* 31. ait Florezius: „ Finestres imprimió ...... *Turina*, i dijo que acaso diria *Furina*.
„ Pero en las ediciones que tengo de Grutero antigua, i moderna de Grevio no hai la imaginada
„ Turina, sino Furina " restat igitur, ut laudemus Finestresium, cuius ingenium et industria in ipsis erroribus elucet. Iam supra in *num.* 39. *cap.* *XXIIII.* adnotare potuimus istius in huiusmodi rebus sagacitatem narium.

Num. 42. posita inscriptione, quam ibi videre poteris, ait postea Florezius: „ Finestres la estampó
„ *pag.* 247. creiendo que las dos II del penultimo
„ renglon no servian por letras, sino de separacion:

 „ lo

„ lo que no es asi : pues la separacion de dicciones
„ se hace en las piedras antiguas por el punto : las
„ dos II denotan E, como convencen repetidos
„ egemplares, i en una misma piedra lo hallarás
„ practicado ocho veces en Grutero *DCLVI.6.* DIIIB.
„ por DIEBus : SIIX. por SEX. IIT. por ET., i esto
„ es lo que significa en nuestra piedra *Servilius*
„ *Mindoitu* ET *Flavia* cet. cuio perfecto sentido
„ aquieta, i asegura, que habiendo dos personas
„ sirve la cifra de E por la ET copulativa " Tunc
rem confecisset Florezius, si nobis ex antiquis monumentis ostendisset, litteram E, aut τὸ II usurpari pro ET : nunc tantum probat τὸ II usurpari pro E; sed probandum superest litteram E significare ET. Sertorius Vrsatus, qui plena manu effundit notas omnes compendiarias a Romanis usitatas, affert τὸ IIT pro ET, non vero τὸ II. Quod autem ait Florezius : *pues la separacion de dicciones se hace en las piedras antiguas por el punto*, id quidem verum est : sed aeque etiam est certum, aliquando φ Graecam, et multa saepe alia posuisse Romanos divisionis signa. Quare nondum liquet, et ampliandum censeo.

Nova refutatione non indiget, quod Florezius ait *num.* 56. *Omitió Finestres el* EX ; nec quod iterum *numero* 62. more suo inculcat Masiliam pro Masclia positam, et *num.* 74. tribuisse Muratorio, quod *Publium* dixerit, quum ille dixisset *Publilium*. Quod autem in eodem loco putat litteram N significare Numerium, non Aulum, res est in coniectura posita, quam neque Florezius, ne-

que

que ego dirimere possumus. Magnum etiam Finestresii peccatum confitendum libenter, quod detegit Florezius *num.* 84.: *Finestres pag.* 238. *no dió a entender defecto en la piedra*, cui nescio quid respondeam, nisi quod Florezius in Prologo huius voluminis monuit: *algunos concurren con tales bagatelas, que no pagan la pena de leerlas.* Sudabit et pallebit miser Finestresius ad crimen, quod Historicus urget *num.* 89. in descripto scilicet lapide nescio quid peccavisse aut omisisse Cervariensem Academicum, quem propter lapsum huic omnino similem premit iterum in *num.* 94. Horum omnium facilis est, et expedita responsio in principio huius vindicationis, ubi copiosissimam messem huiusmodi fructuum ex opere Florezii collegimus.

Sed iam veniamus ad finem huius capitis, in quo vide, quam dignum sit patella operculum. In *num.* 97. hic titulus praefigitur: *Ultima Clase de modernas, i dudosas*: quo pertineat hic titulus, quum nullam in hoc loco Florezius exhibeat ex inscriptionibus recentioribus et suspectis, profecto non video; nisi fortasse ne deesset occasio dicendi haec de Finestresio: „ Finalmente proponen los autores „ las inscripciones, que parecen fingidas moder- „ namente, espurias, o dudosas. Finestres hizo su „ ultima Clase con titulo de *Variarum, suspecta-* „ *rumque, et spuriarum*, i fuera mas plausible, „ que apartase las que llama *Varias*, separandolas de „ las sospechosas, o espurias (*o*) porque las legi-

„ ti-

(*o*) Haec fiunt uti scriptori libet, et Finestresius mihi recte fecisse vide-

„ timas no deben confundirse con las apocrifas ; „ pues el Lector que a todas las ve mezcladas, no „ sabe por la Clase, qual es verdadera, o fingi- „ da " Et quid inde ? providere debebimus, ne quid Respublica detrimenti capiat : „ Entre las antiguas, inquit Florezius, puso algunas modernas, que „ debia haber desechado : ahora entre las espurias „ pone varias, que son legitimas. Nosotros las de- „ jamos distribuidas en sus Clases. " Haec omnia in suis quaeque locis refutata iam sunt : nec tamen spolia ampla referet Scriptor Hispaniae Sacrae, qui si perpendisset diligenter, quantum sibi ex suo opere arrogare posset iure optimo Finestre- sius, numquam, ut credo, tantos fluctus in sim- pulo excitavisset.

---

videtur; ne pro exiguo inscriptionum numero duplicem Classem ponere cogeretur, quum titulus hic latissime patens tantum complectatur viginti quinque inscriptiones.

ABsoluto iam hoc opusculo quaedam a me comperta sunt, quae quum non potuerint in propriam sedem coniici, sunt in hoc loco memoranda. In *pag.* 46. dico, inscriptionem Q. Atrii Clonii, quam Florezius affirmat a se descriptam, in multis vitiosam esse, meque a quodam Canonico Tarraconensi compertum hoc inter alia habere, quod τὸ CAPPADOCIAE exaratum sit cum distinctione ultimarum litterarum A et E, quae coniunctae leguntur in Florezio. Nunc autem re diligentissime examinata certior factus sum, in lapide legi CAPPADOCIÆ coniunctis litteris A et E, adeoque in hac parte humani aliquid admissum fuisse. Quae quamvis ita sint, nondum revocandum est id quod dixeram, inscriptionem a Florezio descriptam in multis vitiosam esse. Nam et vitiosa est in eo quod ponat CAPADOCIÆ cum unico P, quum duplicem exhibere debuisset; quod in octavo versu posuerit GEM, quum debuisset ponere GEMIN; quod non adnotaverit semesam esse decimam lineam, et evanescere iam omnes eius litteras, praesertim illam A, quae facit, ut contra Latinorum usum Legio VII. dicatur ALEXANDRIANA, quum dici debuisset ALEXANDRINA. Equidem in *pag.* 46. iam dixi, me admonitum fuisse a doctissimo viro Canonico Tarraconensi, verbum ALEXANDRINAE, erasis iam et evanescentibus litteris, distincte legi non posse; inter tamen fugientes litteras I et N. nonnihil spatii esse, in quo forte fuit littera A, quamquam id certo affirmari non possit. Eamdem rem nuper mihi confirmavit doctissimus alter Canonicus D. D. Pe-

trus Nolascus Plana, eiusdem S. Ecclesiae Poenitentiarius praeclarissimus, qui humanissimis ad me datis litteris affirmat, sibi quidem videri deprehendere figuram litterae A in spatio inter I et N memorato, sed valde deletam et erasam. Quo quidem adducor ego, ut credam, quadratarium quum animadvertisset errorem suum in verbo ALEXANDRIANAE, quod debebat esse ALEXANDRINAE, eum corrigere voluisse deleta littera A. Ab eodem etiam admoneor, non omnes dictiones interpunctionibus esse distinctas, uti a Florezio traditur; et in fine versus septimi dubitari posse, num sit ultima littera R, quam ponit Florezius, sibi tamen verisimilius esse, hanc litteram ibi exaratam fuisse. Dabimus igitur in hoc loco inscriptionem ex apographo ab hoc diligentissimo viro accurate descripto

Q. ATRIO CLONIO
LEG. A·V G. PR. PR.
P R O V I·N C I A R V M.
THRACIAE. CAPPADOCIÆ
S Y R I·A·E. M·A·I O R I S.
HI·SPANIAE. CITERIOR
C L A V D I V S I.V S T V S 7
LEG. VII·GEMIN. P. F.
S E·V E·R I A·N·A·E·
A L E X A·N D R·I·A N A·E.
P R A·E S·I D I A B S T I
N E N T·I·S S I M O

Quum

Quum duobus abhinc annis in lucem publicam auspiciis Iosephi Finestresii emisissem inscriptionem, quae referenda est ad tempus P. Helvii Pertinacis; duo potissimum monenda existimavi ex apographo, quod in manibus habui, doctissimi praeclarissimique viri Don Raymundi Foguetii. Alterum, non unaquaeque, sed admodum pauca inscriptionis verba interpunctionibus esse distincta; alterum in fine versus duodecimi non legi CX., uti legebatur in Grutero, et nunc etiam in Florezio, sed male informatum nexum, quem propter inopiam characterum non potui tunc temporis exhibere, et nunc dedi vindicans Finestresium a *cap. XXII. num.* 36. Sed quum absoluto hoc opere Tarracone fuerim, ibidemque cum ipso lapide (quamquam festinanter admodum, quum me premerent temporis angustiae) contulerim apographum, quod mihi paratum et summa diligentia conscriptum servabat laudatus supra Canonicus Poenitentiarius; e re futurum existimavi, pauca quaedam in hoc loco subiungere, et inscriptionem proponere novis characteribus accurate descriptam ex ipso lapide, qui exstat in exteriori muro Palatii Archiepiscopalis ad latus Curiae, quam Provincialem appellant.

IMP. CAES ❦ P. HELVIO
PERTINACE PRINCIP
SENATVS ❦ PATRI ❦ PATRIAE
COS II
Q. SOSIO FALCONE C IVLIO ERVC
O. CLARO COS III IDVS FEBR.

SEN-

SENTENTIAM QVAM TVLIT
L. NOVIVS RVFVS LEG. AVG. PR.
PR. V. C. INTER COMPAGANOS. RI
VILARENSIS ET VAL FAVENTINA
DESCRIPTAM ET PROPOSITAM PR NON
NOVEMBR. IN. V. I S RVFVS LEG CC OT
DECRETVM EXTLLIA RECITAVIT
ONGRVENS EST INTENTIO MEA QVA
TVS PROXIME ARGVMENTIS
. . . .

In hoc lapide aperte legitur quod iam monet Florezius ex Foguetio (quo nos auctore eamdem lectionem sequuti fueramus) PERTINACE et PATRE, non PERTINAC et PATR, uti legebatur in Grutero: quod recte exaratum est, quum inscriptio non fuerit dedicata P. Helvio Pertinaci, sed Imperatore P. Helvio Pertinace conscripta. Vindicans ego Finestresium a laudato *cap. XXII.* iam Lectorem admonui, difficilem in hac parte et implicatum nodum contineri. Nam quum anno 193. imperare coepisset Pertinax, et ante quam elapsum esset spatium trium mensium, fuisset e vivis sublatus, ut constat ex Scriptoribus Historiae Augustae, et ex Clavi Historica Florezii; quo pacto haec inscriptio, in qua mentio fit sententiae, quae descripta et proposita fuit pridie nonas Novembris, exarari potuit tempore, quo imperabat Pertinax, qui eodem anno V. calendas Aprilis fuit occisus? Ne nihil dixisse viderer, adnotavi, fortasse verba illa IMP. CAES. P. HELVIO referri debere ad tempus latae sententiae a L. Novio Rufo

III.

III. idus Februarii, cuius meminit inscriptio, et non ad tempus promulgatae. Verum neque tunc, neque umquam postea in hac sententia adquievi. Nata mihi postea suspicio est, futurum aliquem, qui iudicet, quamvis Novembri mense mortuus iam esset Pertinax, potuisse hoc tempore dedicari hanc inscriptionem, quasi adhuc imperaret, si forte mortis nuncium nondum Tarracone pervenisset. At quis credat in spatio septem mensium, qui ab Aprili ad Novembrem intercedunt, nondum ab Italia, ubi occissus fuit Pertinax, ad Tarraconem perlatam fuisse notitiam mortis Imperatoris? quum non posset non haec statim in toto Romano orbe, atque adeo in hac provincia non longe dissita ab Italia divulgari? Doctorum haec et acutorum hominum iudicio examinanda relinquam.

In quinto versu huius inscriptionis non legitur IVLIO, sed IVIIO. Verum quum Imperatore Pertinace C. Iulius Erucius Clarus Collega fuerit in Consulatu Q. Sosii Falconis, dubitare certe non possumus, legendum esse IVLIO: praesertim quum videamus in antiquis marmoribus non facile aliquando distingui litteram I ab L, quod ex peritissimo descriptore Foguetio adnotavi in inscriptione a me *pag.* 32. exhibita in Editione 27. Inscriptionum Romanarum, quae post vulgatam Syllogen ad Finestresium pervenerant. Praeterea prima littera ultimi verbi, quod est in hoc versu quinto non est F, sed clare et distincte E; neque duae ultimae huius verbi litterae sunt CT, ut Gruterus posuit, sed CI. in uno eodemque charactere complicatae, ita ut inferior pars semicir-

culi

culi longius producatur, et altius quam fieri solet exsurgat, quemadmodum a nobis exhibetur, ut minime mirer multis visam fuisse T, quamquam nobis nulla superesse posset dubitatio, quum sciamus ita exaratum esse, et eo anno Consulem fuisse C. Iulium Erucium Clarum. Quare ductus ille est littera I. in inferiori parte semicirculi superstructa.

In versu nono, quamvis omnes constanter teneant legi PR. V. C. putat Florezius vitiosam in hac parte esse inscriptionem, et emendandam esse, ita ut legamus PR H. C. PR*ovinciae Hispaniae Citerioris*: aliter enim, inquit, non declararetur locus, in quo cum Iurisdictione erat L. Novius Rufus Legatus Augusti Pro Praetore, qui sententiam tulerat III. idus Februarii. In *pag.* 167. huius operis satis mihi multa dixisse videor, ut ostenderem nihil plane caussae esse, ut emendaremus hanc litteram, nec in omnibus lapidibus indicatum semper fuisse Iurisdictionis locum. Nunc a me addendum est, ex alio capite omnino improbandam esse correctionem Florezii. Nam si primas litteras PR lineae nonae interpretamur PR*ovinciae* cum Florezio, ex quo loco dicet Scriptor Hispaniae Sacrae fuisse Propraetorem, ut affirmat in *num.* 39. laudati capitis XXII.? nam solae litterae PR, quae sunt in fine versus octavi, Propraetorem significare non possunt: nec enim Scaliger in Indice Gruteriano, nec Sertorius Vrsatus, nec Valerius Probus his litteris tribuerunt umquam talem vim ac potestatem. Repudianda igitur est haec emendatio, et legendum V. C. *Vir Clarissimus*.

De versu decimo dicit Historicus: „ aunque en „ Gru-

„ Grutero juntaron estas dicciones (RIVILAREN-SIS) se hallan divididas en la piedra con dos AA „ en LAARENSIS, i una linea transversa en el palo „ segundo de la primera A." Egregie hic fallitur Historicus: LARENSIS enim legitur coniunctus cum RIVI; neque duae sunt litterae A in LARENSIS, sed tantum una cum lineola transversa a me exhibita, quae praebet ansam dubitandi, num velit significare, aut efficere LAVRENSIS.

In linea tertia decima non legitur, ut Gruterus, et Florezius exhibent, TILIA, sed TLLIA: quamquam ego non dubitem legendum TILIA, ex qua recitatum fuit Decretum. Implicatum nodum versus duodecimi cum Finestresio interpretatus fui: LEG*it* C*oram* C*oncilio*, vel C*onventu* (Iuridico scilicet Tarraconensi) ET, cet. Mera haec videbitur hariolatio Scriptori Hispaniae Sacrae. Ego tamen expectans vero similiorem in hac parte sententiam, quam semper paratus sum amplecti, malo interea more Antiquariorum rimari aliquid, et probabiliter coniicere cum Finestresio, quam cum Florezio obmutescere. Eadem enim auctoritate, qua Scaliger, aut alius fortasse primum litteras illas IN. V. I. S. interpretatus est IN*lustris* V*ir* I*nfra* S*criptus*, cur non poterit illud LEG CC CT interpretari Finestresius, LEG*it* C*oram* C*oncilio*, vel C*onventu*, ET, quum id orationis series efflagitare maxime videatur? In implicato nexu lineae duodecimae si tollas lineolam, utramque litteram coniungentem, et ita fugientem oculos, ut dubitari possit, an sit lineola coniungens, manebit CT, et tunc solum deerit lineola proficiscens e

cen-

centro semicirculi, ut perfecte sit Ɛↄ. De versu decimo tertio ait Florezius: „ no hai mas de catorce „ renglones, finalizando en el de CONGRVENS. „ I adviertase, que Grutero imprimió asi esta diccion: pero en la piedra no está asi, sino con abre- „ viatura de ↄN, que es una C inversa, que autoriza la interpretacion de Notas de *Pedro Diacono*, „ donde ↄ se interpreta CON " Hic ego vellem, ut mihi Florezius diceret, si sola C inversa hoc modo ↄ significat CON, ut ipse asserit, quid faciet illa littera N. Si Romani, qui hoc monumentum exaraverunt, voluissent uti nota compendiaria ↄ, quam Petrus Diaconus interpretatur CON, non scripsissent certe ↄNGRVENS, ut legitur consentiente Florezio, sed ↄGRVENS. Nam si sola ↄ valet CON, quid efficit littera N post litteram ↄ. Ego pace Florezii dicam CONGRVENS quidem in lapide fuisse scriptum. Primum enim hoc quod indicavimus absurdi esset in opinione Florezii: deinde valde me movet auctoritas Gruteri, qui CONGRVENS posuit, non ↄNGRVENS. At inquies, in marmore, quod adhuc permanet, legitur, ut dicit Scriptor Hispaniae Sacrae, ↄNGRVENS. Quid tum postea? prima littera mea quidem sententia non est C inversa hoc modo ↄ, sed est dimidiata O, cuius altera pars corrosa est iam vetustate, altera vero adhuc mansit. Et quum in ea parte semesus sit lapis, et in sequenti linea primae litterae dimidiatae etiam sint, hoc ut mihi videtur est verisimile. Caetera nobis abstulit invidiosa vetustas.